

LAVRENTIVS VERONENSIS

DE BELLO
MAIORICANO

LIBRI OCTO

ITERVM EDIDIT

Jaume Juan Castelló

Barcelona 2014

Praemonitio ad electronicam editionem

Cum nongentesimus annus sit ex quo Laurentius ipse, Ebuso iam devicta, in Maiori insula Baleari degens, opus suum meditaretur, hoc de bello Maioricano carmen, quod iam pridem anno 1996 apud Bosch in urbe Barcinone edidi¹, denuo in lucem prodere constitui.

Annis duodeviginti peractis, pauca leviter mutanda censui, quaedam etiam errata correxi. Hic tamen paene idem est ac primae editionis Latinus textus. Latinum carmen cum critico apparatu tantum nunc legis, cum olim prolegomenis praecederetur et in Hispanicum sermonem interpretatio iuxta Latini carminis textum accederet.

Quaecumque, lector benevole, notanda censueris sive emendanda detexeris, mecum communicare potes hic: juancastello@ub.edu.

Si verum est illud Horatii, quod aut prodesse carmina aut delectare velint, utinam di faxint ut vel utrum fiat vel utrumque. Vale.

Anno 2014, mense Novembre ineunte.

J. J.

¹ LORENZO VERONÉS, *La Guerra de Mallorca en ocho libros*. Cronología, introducción, edición crítica, traducción e índice de Jaume Juan Castelló. Barcelona, Bosch 1996, 423 p.

SIGLA

- P** Cod. Pisanus sive Roncioni. Bibl. Univ. Pisa 723. saec. XII.
- R** Cod. Redianus. Bibl. Mediceo-Laurenziana. Firenze. Laur.-Red. 202. saec. XIV.
- B** Cod. Britannicus. British Museum Add. Ms. 10315. saec. XIV sive XV.
- Ugh.** Editio F. Ughelli, Romae 1647.
- Mur.** Editio L.A. Muratori, Romae 1735.
- Bov.** Editio J.M. Bover, Palmae 1841.
- Mig.** Editio J.P. Migne, Parisiis 1893.
- Cal.** Lectiones a C. Calisse proditae in sua editione codicis Pisani, Romae 1904.

DE BELLO MAIORICANO

LIBRI OCTO

LIBER PRIMVS

Arma, rates, populum, uindictam caelitus actam
scribimus, ac duros terrae pelagique labores,
Geryonea uiros sese per rura terentes,
Maurorum stragem, spoliata subactaque regna.
5 His igitur coeptis digneris Christe fauere.
Terruit Hesperiam Latias reuolutus in urbes

Quo ad lemmata attinet cf. initia et fines singulorum librorum · Incipit liber Laurentii de Maioricano triumpho a Pisanis facto RB · Incipit liber Maiolichinus (qui dicitur Maiorichinus in priori scriptura nunc erasa, teste Scalia 1956 p. 285) de gestis Pisanorum illustribus P · Laurentii Veronensis (seu Vernensis Mur.) Petri Secundi Archiepiscopi Pisani diaconi, rerum in Majorica Pisanorum ac de eorum triumpho Pisis habito anno salutis MCIV (MCXIV MCXV corr. Mur.) libri septem. Ad fidem membranacei codicis Viviani de Vivianis Insulani episcopi viri clarissimi nunc primum editi (primum editi et in Mur. inuenitur) Liber primus Ugh. Mur.

1 *Sic habet P:*

Pisani populi uires et bellica facta

2 *Scripsimus P*

3 *Deest P*

5 His igitur coeptis] coeptis ergo meis *P*

6 Vrbe *B.* · *Versus 6-15 sic habet P:*

Rumor ab Hesperia Latias delatus in urbes
Romanos Siculosque tenet, gentisque Latinae
litora nulla (nula *cod. a. corr.*) uacant fremitu, terroribus huius
Graecorum populi quatiuntur ab usque Coryntho,

LAVRENTII VERONENSIS

rumor ubique frequens. Gothis satis agnitus ille
exstitit et Gallis, terrasque agitatus in omnes.
In populos etenim Maiorica saeua fideles
10 bella cruenta gerens letalia sumpserat arma,
cuius perculerat rabies uiolentaque classis
Ausonias, Siculas et Graecorum regiones.
Haec postquam castella, rates, uillasque cremarat,
cumque aris titulos templis uiolarat adustis,
15 suadebat captis Christi mandata negare
et praecepta sui complecti uana Rasullae.
Talia credentes nimium reuerenter amauit,

et timor illatus quos late corripit omnes
a pelagi studio longe facit esse remotos.
Namque Deum (dum *Cal.*) contra proprias Maiorica uires
exerit. Italiam, nauali fisa paratu,
Sicaniamque petit et Achaica litora circum
nauigat, inque Dei seruos uesana potenter
saeuit, cum templis diuinis polluit aras,
diripit, incendit uillas castellaque multa,
captiuosque trahit quos non interficit omnes,
et monet ut nichilum Christum legemque negare,

7 Rumor] ruraque *edd.* · Gottus *Bov.* · agitus *B*

9 Laeua *edd.*

10 Letali *B*

11 Pertulerat *edd.*

12 Ausomias *Bov.*

15 *Ordo*: mandata Christi *B*

16 Completi *B* · Resullae *edd.*

17-20 *Sic habet P*:

Hinc sibi credentes amat, amplexatur, honorat,
contradicientes tormentis applicat atris.
Venduntur quidam sub condicione nefanda,
hos ferrum maniceque domant sub carcere tetro,

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

contradicentes uariis cruciatibus addens:
hos compes manicaeque graues carcerque domabant,
20 hos inamata fames, densi nimique labores.
Et ceu testantur quos aiunt uera referre
milia captorum plus quam ter dena fuerunt
quos saeuus Baleae uinxit tenuitque tyrannus,
praeter ad ignotas quos per commercia gentes
25 transtulit aut atrox obitus de carne resoluit.
Fama mali tanti per plures cognita terras
commouet extimplo sitientes proelia Pisas.
Concitat ira senes qui Punica uincere regna,
subdere quique suo gentem potuere tributo.
30 Hi memorant dum facta Bonae, dum bella Panormi,
Africa ceu capta est et subdita facta tributis,
uictaque per uarios quam plurima proelia casus,
accendant animos iuuenum, quibus horrida facta

hos cruciant inamata fames nimique labores.
19 Compos manicaeque *B*
21 *Sic habet P:*
et ceu testantur qui uera referre putantur
22 Militia *B* · tredena *B*
23 Saeuus Baleae] pariter Baleri *P*
24 Gentes] crates *edd.*
27 Extemplo *edd.* · praedia *Ugh. Mig.*
29 Gentes *P*
30 Bonae] bona et *edd.* · Panoram *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

et labor et sudor duri quoque gloria Martis
35 diuitiis et deliciis potiora fuerunt.
Moxque pius praesul Petrus uirtute coruscus,
ciuibus haec memorando suis, crucis inclita signa
sumpsit, et alterna motae pietate cateruae,
sic ad signa crucis capienda fuere frequentes
40 utpote festinant sollemni tempore Paschae
cum Christi gustant corpus sanctumque cruorem.
Inde duo et denos de culmine nobilitatis
constituere uiros, quibus est permissa potestas
consulis atque ducis, regerent ut gnauiter omnes,
45 purus et istorum disponens singula sensus
congrua militiae ratibus quoque conficiendis,

34 Duri quoque] et duri *P*

36-41 *Sic habet P:*

Petre Dei praesul, meritis uenerande beatis,
iam populis memor esto tuis caelestia signa
tradere, quae ualeant gentilia monstra timere.
Namque die Domini, quo Christus Tartara cuncta
uicit et humanas animas de morte resurgens
Tartarei Dominus traxit de fauce profundi,
hortaris populos caelestis signa salutis
sumere; quique daret qui sumeret ipse fuisti
primus. Te reliqui uoto feruente sequuntur
suscipiuntque Dei multorum milia signum.

36 Mox quae *Ugh.*

37 Memoranda *Bov.*

38 Alterna] alma *B*

41 Tum *B*

42 Vnde *B* · duo et denos *edd.*] duodenos *codd.*

44 Grauter *edd.*

46 Militia *P* · queque *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

quaeque iuuare queant homines classemque pararent.
Et ne praetereant horum te nomina lector,
intentis animis apices scrutare sequentes.

- 50 Ex his Gerardus Gerardi filius, auctus
sensibus, orator laudabilis atque facetus;
natus et Vgonis, patrum de nomine dictus
Gerardus, patrum iam claro dignus honore;
Sicherioque satus, titulis decoratus eisdem,
55 Petrus, et Azo simul numero dictantur in isto;
his Ildebrandum Rolando iunge creatum,
uiribus et factis et nobilitate micantem;
hinc Erithone satum, genitoris nomen habentem;
nec non Henricum, genus a Guinithone trahentem;
60 Lotariumque simul; iuuenemque sciumque Dodonem;
hos decorant Stephano genitus Rodolphus, et una
filius Vberti Lambertus clarus in urbe,

47 Parent *P*

49 *Sic habet P:*

quae dictando canam lineas scrutare sequentes.

54 Fatus *Bov.*

55 Et Azo] patrio *P a. corr.*

56 Illebrandum *Mig.*

58 Huic Erithoni fatum *Bov.*

59 Henrici *Bov.* · Vinithone *P* Guirithone *Ugh.* Gnirithone *Mig.*

60 Lotarumque *P* · sciumque] senemque *edd.*

61 Decorat *edd.* · ima *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

atque Robertinus Francardi splendida proles.
Horum consilio clari cum praesule digno
65 legati Romam uadunt, quos papa colendus
nomine Paschalis multo suscepit honore,
pontifici tribuendo crucem, Romanaque signa
militiae ducibus quae praesens Azo recepit.
Qui postquam monuit pietatis dogma cateruas
70 et quantum scriptura pati pro fratribus optet,
hortatus cunctos sanctis insistere coeptis,
pro tanto facto peccamina cuncta relaxat,
hancque potestatem Pisano contulit altam
pontifici. Redit hic propriam properanter ad urbem.
75 Protinus a populo digna statione receptus
adstantes turbas monitis papalibus implet.
Et ceu durescit nactum moderamina ferrum
Mulciberi coctam dum temperat unda bipennem,
pontificis pariter Pisani uoce sacrata
80 feruent Alpheae fortes ad bella phalanges.
Inde breui ualde numero labente dierum,
tertia uox lanuam, placidos moderata rogatus,

64 Dari *B*

69 Cateruam *P*

70 Obtet *Bov.*

73 Contulit *edd.*] tribuit *codd.*

74 Propriam] primam *B*

77 Nactum] calido *P* · moderamine *P Bov.*

78 Mulciberis *P a. corr.* Mulciferi *R B*

80 Ferrent *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

praesulis inuitat. Spondet solacia pugnae,
sed longas nimiasque moras, annalia donec
85 tempora praetereant, fraudis sub tegmine poscit.
Pisani didicere patres fraudemque dolumque.
Et tandem patuere doli: retinacula soluens
nauita Pisanam sua uela retorsit ad urbem.
Tunc demum Pisae tanto sonuere dolatu
90 ut nec magna quidem sentire tonitrua posses:
quicquid tunc habuit nemorosi Corsica ligni
aut picis innumeros ratium defertur ad usus,
Lunensesque suo priuantur robore siluae,
arboribus caesis remanet Curuaria rara.
95 Antennas quae uela ferant, quod gestet easdem
arboreum robur celsae tribuere Mucellae.
Caeditur omne nemus, caesum descendit ad undas.
Hoc uariae fiunt diuiso robore naues:
gatti, drumones, garabi, celeresque galeae,

82 Genuam *edd.*

87 Vt *P*

88 Nauta *P a. corr. Bov.* · Pisanim *P a. corr.* · retorsit *P*

89 Sonuere dolatu] insonuere dolore *edd.*

93 Lunenseque *B Lemensaeque Bov.*

94 Rasa *Bov.*

96 Retribuere *P a. corr.*

98 Diuiso] diuerso *edd.*

99 Drumanes *edd.* · lurtres *P* · sagenae *P Mig. faginae Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

- 100 barcae, currabii, lintres, grandesque saginae,
et plures aliae uariantes nomina naues.
His portantur equi, sunt quaedam uictibus aptae,
ingentes aliae possunt portare cateruas,
seruitiis norunt possuntque subesse minores:
105 hae numquam metuunt uicinas tangere terras,
adducunt latices, homines ad litora uectant.
Lura galearum iuuenum sunt apta lacertis.
Harum quamque solent centum propellere remi,
ordine quae bino plana nituntur in unda
110 et freta findentes fugiunt sic atque sequuntur
ut celeres capreas et aues superare uolantes
ueloci ualeant undosa per aequora cursu.
Ligni materies non solum congrua classi:
hinc etenim turres, pontes scalaeque geruntur,
115 cum quibus excelsos inuadant agmina muros.
Hinc quoque, quae magnas mittant in moenia moles,
exagitent rumpantque domos, tormenta parantur.
Hinc balista minax, aries, testudo petuntur,

103 Ariae *R B*
105 Metunt *Bov.*
107 Lura *R B*] iura *P* ima *edd.*
108 Remis *B*
109 Qua *edd.* · mittuntur *Bov.*
110 Scindentes *P*
111 Celeres] ceres *P a. corr.* · capreas] campos *B*
112 Veloces *P a. corr.*
118 Textudo *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

- sicque per innumeros lignum distenditur usus.
120 Nec cessant fabri. Ferrum consumitur Ilbae.
 Inde rates quod iungat habent, hinc arma refulgent:
 thoraces, rigidi gladii, celeresque sagittae;
 quod quia diuersis rebus facit officiisque
 mille per artifices uario distinguitur actu.
125 Nec uacat officium. Depingunt arma colores,
 resplendent galeae, clipei sellaeque relucent
 impositumque super cum gemmis praenitet aurum.
 Interea ueniunt quidam de gente remota,
 Romaque cum Luca mittit solacia pugnae.
130 Auxilium bello lanuensis sola negauit
 patria, quamque potest Pisanos impedit actus.
 O satis eximio felix Antonia patre.
 Nempe tuae regionis hero generaliter urbis
 cura datur, patriae qui pellat et arceat hostes.

120 *Ordo*: consumitur ferrum *B* (consumitur *a. corr.*) · *Ylbae R Ilvae edd.* omne
P
121-122 *Desunt P*
126 Relucent] micantes *P*
127 Cum] cornu *Bov.*
128 Intereat *Mig.*
130 Genuensis *edd.*
132-134 *Desunt P*
132 Ausonia *Bov.*
134 Qui] quae *Ugh. Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

- 135 Denique perfectae naues mittuntur in undas.
Accipit has Sarnus, Graeco uocitatus ab amne
Alpheus, cui Pisa uetus nunc lapsa cohaesit,
ex qua Pisanus, qui Pisas condidit istas,
Italiae fluuio nomen donauit et urbi.
- 140 Hinc propria puppes quaeque statione ligantur,
implenturque cibus et equis, armisque uirisque,
et dantur ratibus certissima signa quibusque
ac uexilliferi per turmas atque cohortes.
Istorum uirtus, populis bene nota Latinis,
- 145 credit ad bellum facili conducere cursu
agmina. Decipiunt mortalia pectora curae
quodque putat quisquam uix perficietur ab ipso,
consiliis hominum quoniam fortuna repugnat,
atque malis factis alicuius ponere finem
- 150 ante suum tempus non uult diuina uoluntas.
Temporibus sata quaeque uirent et temporis albent
articulo, cunctis data sunt sua tempora rebus.
Temporis ordo monet, naturae postulat usus,
ne nisi maturi rapiantur ab arbore fructus.
-

136 Arnus *P.p. corr.* Sanus *B*

140 Propia *B*

141 Impleturque *Ugh. Mig. · et deest P*

143 Vox illiferi *Bov.*

147 *Deest P*

148 Repugnant *P*

150 Ante] aut *Bov.*

151 Fata *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

- 155 Sed Domino, qui cuncta potest, sunt subdita quaeque,
et quodcumque bonum nutu distinguitur eius,
cuius amore suos cognatos atque parentes,
diuitias, patriam Pisani deseruere.
Iamque dies aderat sancti celeberrima Sixti,
160 in qua Pisani de Poenis Marte subactis
annales reholunt uotiuu laude triumphos,
quando per Alpei fluctus populosa natabat
classis, et ad fauces limosi fluminis artas
conuenere rates. Sed cum transire nequirent
165 temptantes aditus, albentis in ore fluenti
exonerare suas escis armisque carinas
coeperunt. Post haec spatiosa per aequora nautae
direxere uiam, terris post terga relictis.
Cernentes placidam fixis obtutibus urbem,
170 diuinae curae sua moenia, rura, penates,
uxores, patriam, natorum pignora mandant.
Dumque rates abeunt, plorant in litore matres,

159 Celeberriba *P*
161 Annuales *Bov.*
163 Arctas *edd.*
164 Conuere *B*
165 In ore] more *Cal. edd.*
166 Exornare *Ugh. Mur. Mig.*
169 Fexis *P*
172 Cumque *B · litora Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

plorantium lacrimis bibulae satiantur arenae,
pectus ad usque parens uitreas descendit in undas,
175 et uerbis placidis benedicit in aequore natum.
Haec pro patre rogat, pro fratribus atque maritis
immensos aliae fundunt in litore questus.
Non aliter Graios fleuisse feruntur Achiuae
Pergama quando rates Danaae uiolenta petebant.
180 Et non desistunt precibus miscere querelas
Aeolia uentus donec progressus ab aula
uisibus arreptos spatiosa per aequora uexit.
Stagnea planities a laeua parte relictas
atque Liburnus erant, dextra Gorgona remansit,
185 Monteque cum Nigro Vada seu Populonica tellus
effugiunt uisus, dum uentus in aequore perflat.
Corsica sub uelis fuerat, Capraria tergo,
Ilba et Planusio positae in parte sinistra.
Dumque fauent uenti, Tauro post terga relictas,
190 adueniunt Langona rates, inquinantque Lebetes,

173 Plorantur *B* plorantium *Bov.*

175 Aequora *Bov.*

184 Libernus erat dextram *Bov.*

186 Aequora *Bov.*

187 Terga *Bov.*

188 *Sic habet P:*

fertilis Ilba iacent Planosaque parte sinistra

Ilba] Ilua *Bov.* Illa *Ugh. Mur. Mig.*

189 Relicto *Mig.*

190 Adueniant *Ugh.* · Longona *P* Langoram *Bov.* · inquinantque *P edd.* · Labetes

Ugh. Mig.

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

et retinent portum dictum de nomine sanctae
quam Reparata uocant. Muros templumque uetustum
erecti lapides scopulosaque litora monstrant.
Hosque sinus exire parant, pariterque resumunt
195 Turrentes aditus, ubi Constantinus habebat
sedes, rex clarus, multum celebratus ab omni
Sardorum populo. Bis sex geminisque diebus
operiendo suos ibi gens Pisana moratur.
Inde sinum repetunt quem uulgo ferunt Caput Album
200 scilicet ob nullum trepidantia litora uentum.
Istic Durbinius Pisanis associatur,
qui quondam regnum censebat Calaritanum,
et Constantino Saltarus iudice natus.
Praeuale hic iaculo, praeclaris sensibus ille.
205 More pari Danaos Hecateia suscipit Aulis
cum fuerat Phrygios Menelaus iturus in hostes.
Ciuibus hic praesul multum de pace locutus
plurima per paucos incassum semina fudit,

193 Mostrant *Bov.*

195 Turrentes *Ugh. Mig. Torrentes Mur. Bov.*

196 Celebratur *R B*

198 Ibi] sibi *Ugh. Mur. Mig.*

199 Sunum *P* · ferunt] fert *edd.* · Aput *P a. corr.*

201 Turbinus *B* Dutibinius *Ugh. Mur. Mig. Dutibimus Bov.*

202 Cartalitanum *P*

LAVRENTII VERONENSIS

- sed tamen e multis fructum percepit eorum.
- 210 Tunc Passarino committunt Alpheroloque
praeuia signa maris patres communiter omnes,
hosque sequi nautae sed et obseruare iubentur.
lussa patrum contempta iacent. Conuertitur ordo;
quisquis enim potuit celeri transcurrere ligno
- 215 ostendit sociis uelis et remige puppes.
Iam geminis lapsis gemina cum nocte diebus,
tertia lux inerat, nox et iam coeperat esse
tertia, Septembris uicinior illa kalendis.
Non fuerat nisi postera quae sibi forte secunda
- 220 expectabatur, nec ea tenebrosior ulla.
Circumquaque tonat, sed et undique crebra coruscant
fulgura. Turbari nautas reliquosque uideres
qui nondum rabidi bene norant aequoris usum.
Sidera nulla patent oculis, solosque micantes
- 225 nautae cernebant accensos puppibus ignes.
Non Laerte satus foret in terroribus istis
intrepidus, Circes quamuis superauerit artes,
si fortuna ducem fluctus duxisset in istos.
-

210 Alpherioque *P*

211 Praeuiua signa maris] ducatum pelagi *P* · mari *Mur. Bov.* · pelai *P a. corr.*

217 Ierat *P* iuerat *edd.*

218 Vlla *P B*

221 Et *deest P*

222 Fulgora *P*

226 Fatus *Bov.*

227 Arces *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

Arbitrium cuiusque fuit mutabile tempus
230 in tempestatis transcurrere saeua pericla.
Sed Dominus solitus propriis succurrere seruis,
iustitiae semper qui saluat et auget amantes,
firmavit Boreae placidos super aequora flatus
qui tota leni portarunt aequore nocte
235 naues. Mox pulsus tenebris subiere micantes
stellae, nox abiit, preclari forma diei
subsequitur. Celeri classis leuitate cucurrit,
ac crescente die coeperunt cernere terras
Hispanas, sed eas Baleares esse putabant,
240 Blandensi donec committitur anchora ripae.
Has postquam retinent Latio de litore uecti
hastis suspendunt pugnam minitantia signa
atque tegunt fortes clipeis radiantibus artus,
et stringunt rigidos totis conatibus enses.
245 Litora tota sonant ex rauca uoce tubarum.
Indigenas quoscumque uident capiuntque fugantque

229 Mutabile] mirabile *R* miserabile *edd.*
234 Portatur *B a. corr.*
235 Pulsus *P a. corr.*
236 Mox *P*
239 Hispania *B*
240 Blandesi *P Ugh. Mig.*
244 Conantibus *P a. corr.*

LAVRENTII VERONENSIS

atque sequuntur eos Baleares esse putantes.
Hi se Christicolae Catalanensesque fatentur.
Turbatos uolunt Pisani pectore sensus,
250 et positis armis resident in litore tristes.
Inde Pyrena sibi postquam cognoscitur ora,
mutant consilium diuersa pericla timentes,
quod nec habetur ibi uento tutamen ab omni,
transieratque simul uallata caloribus aestas.
255 Tunc ex consulibus Rolandi filius unus,
cui genus et sensus clarum quoque curia nomen
et ciuili amor cum diuitiis tribuerunt,
mittitur ad comitem cui Barchinonae atque Girunda
subduntur multaeque regit pro uiribus urbes,
260 cui nomen Raimundus erat, qui laudis equestris
fructus innumeros clarosque patrauerat actus,
Hispanos cuius terror commouerat hostes.
Rolando genitus, postquam peruenit ad ipsum
atque salutauit: "Comitem clarissime —dixit—
265 "Pisanus populus, Christi uirtutibus auctus,
"ecce fauente Deo partes deuenit in istas,

247 *Deest edd.*
248 *Christicolas B · Catalanensesque B*
251 *Inde Pyrena sibi] Barchinonensis P*
258 *Barchion B Barchinona P · atque deest P*
259 *Subeuntur Ugh. Mig.*
261 *Patrauerat edd.] parauerat codd.*
262 *Hispanus B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

"alterius uerbis quod iam tibi forte relatum est.
"Quod si causa monet, seu ditia castra uidere
"te iuuat, acceleres Pisanam uisere classem
270 "et sociare sibi. Belli sociumque ducemque
"agmina nostra uolunt, ferus et te prouocat hostis.
"Nam quem non moueat Balearis saeua tyranni
"fama, repercussi quae fines concutit orbis
"et Latii populos cunctosque perurguet Achiuos?"
275 Necdum finierat consul cum plura paranti
ille refert grates: "Faciatur quoque prospera —dixit—
"omnia uestra Deus, uobis et in omnibus adsit,
"inque manus uestras communes praebeat hostes
"orbis, et in sanctae sortis nos congreget usus,
280 "ut faciamus ei quae sunt gratissima semper,
"nam contra nullos ego iustius arma mouebo.
"Hi Christi seruos multis cruciatibus arcent,
"atque meum litus faciunt cultore uacare,
"nam quos Blandensi positos in litore muros

269 Acceles *P corr.* accedes
270 Et] te *P*
271 Et te] ecce *B*
272 Moneat *R B Mig.*
273 Funes *P* · concinit *P*
280 Faciemus *Ugh. Mig.*
282 Cruciantibus *B*
283 Culture *R B* cultore *P a. corr.*

LAVRENTII VERONENSIS

- 285 "templa uidetis erant miris radiantia signis,
"quorum summa tegunt hederæ, uel frondea uitis
"occulit, aut ficus seu quaelibet occupat arbor.
"Pluribus in templis monachi cecidere per ipsos
"atque sacerdotes, iugulis maculantibus aras.
- 290 "At reliquos aetate uiros aut arte micantes
"constituere suis duris seruire catenis.
"Vincla, labor, dolor atque fames hos saepe necarunt,
"aut ius Machamatis, quos ponere triste coegit
"in ceruice iugum. Quem non dolor excitat iste?
- 295 "Quod si forte Deus uobis concesserit ut uos
"tanto possitis finem praeberè labori,
"militiae Domini solacia quaeque paramus
"collatisque ferum superemus uiribus hostem."
Nuntia dictorum mox charta futura notatur,
- 300 qua se militibus Christi promittit amicum
atque Pyrenaeae concedit singula terrae.
Tunc Ildebrandum donat, multumque precatur
ut sese Latiis socio coniungat amore.
-

284 Muri *P*

292 Dolor] *deest Ugh. Mig. sitis Mur. Bov.*

293 Machamatis *Ugh. Mig. Machmetis Mur. Bov.*

296 Positis *P*

297 Militiae] *Pisanis P. dominis P*

298 *Sic habet P:*

uiribus et nostris sequemur comitantibus illos

300 Militibus Christi] *Pisanis uerum P*

303 Sese Latiis] *se Pisanis P*

26

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

Altera lux postquam ciues conduxit in unum,
305 talibus adloquitur socios sermonibus Azo,
quem gratae populus celebrabat munere linguae:
"Quod Domini nutu disponitur, a ratione
"funditus humana cognoscitur esse remotum.
"Vidimus ingentes fluctus tonitrusque coruscus.
310 "Credidimus subitos minitari fulgura uentos.
"Mox Domini pietas pacatas reddidit undas
"aequoreas nobis. Vis est ea nempe Tonantis,
"nam pro uelle suo mundanos destinat actus,
"arbitrioque pio causa dominatur in omni.
315 "Hanc pedibus nostris tribuit contingere terram
"ut socias releuet diuina remissio turbas.
"Ergo uiri docti, dum litore stamus in isto,
"nos augere decet cuneos, felicia dici
"ut uero ualeant non casso nomine castra.
320 "Iamque Pyrenaei comitis solacia uobis

304 Conducit *edd.*
305 Socios sermonibus] Pisanos uocibus *P*
309 Corucos *P*
310 Fulgora *P R*
313 Tuo *B a. corr.* · destinant *P*
315 Terram] ripam *P*
316 Reuelet *B*
318 Nos *edd.*] diuinos *codd.* · cuneas *Bov.*
319 Vere *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

"auxiliante Deo possunt non parua parari.
"Vos portare suos equites rogat ille ducentos,
"centum se propriis spondet gestare carinis.
"Misit et hanc chartam". Chartam porrexit, et addit:
325 "Istuc nos Dominus duxit, non nostra uoluntas.
"Qui famulatur ei bene speret et indubitate,
"quod uera numquam fraudabitur utilitate.
"Praesul abest, portumque tenet qui distat ab isto
"per passus sex mille, reor. Mittamus ad ipsum,
330 "et si dicta placent tunc perueniamus ad actus."
Hisque peroratis placuerunt dicta quibusque.
Charta legi comitis petitur, fractoque sigillo
inspexit Lodoicus eam legitque decenter.
Lecta placet cunctis. Comiti dant agmina laudes.
335 Sancti Felicis portum gens illa uocabat
in quo praesul erat. Properans legatus ad ipsum
uadit, sed praesul recipit firmatque loquelas.
Dimittunt Blandas post haec cum turbine naues
atque petunt portum sanctus quem praesul habebat,
340 cuius ad ingressum uentus pugnabat iniquus.
Vt portum tenere rates, et coetus haberi

320 lamque Pyrenaei] Barchinonensis *P*

326 Famulant *B*

328 Praesulis *B*

329 Mittamur *Ugh. Mig.*

333 Lodoicus *B* Ladoicus *Bov.*

334 Placent *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

- coepit, et herboso steterat iam contio prato,
optimus antistes sanctae pietatis amator
talibus Alpheos monuit orando loquelis:
345 "Sanguine uos proprio quos Christus ab hoste redemit,
"ut ueras spinas ueteres fugitote ruinas.
"En sunt tres lapsus quibus exstat Adam superatus,
"namque Deum perdit male qui cupit atque superbit
"et male laetatur: cui gloria uana paratur.
350 "Nascitur hinc odium, discordia, liuor et ira.
"Ista mouere queunt hominum praecordia dira.
"Non ualet esse bonus uitiiis qui subiacet istis.
"Vincere nemo potest quisquis superatur ab ipsis.
"Pectora nam lacerant sensusque trahunt. Velut hostes
355 "diripiunt, capiunt. Ipsis uos claudite postes.
"Non Domini Genitum pro se tormenta tulisse,
"ast homines propter, debent homines meminisse.
"Hic minuit nostros languores atque reatus,
"tollit et hic poenas cunctosque fugat cruciatus.
360 "Pace Deum debent et mentis simplicitate
"quaerere, non odiis homines aut asperitate.

344 Orando] memoranda *edd.*
350 Huic *Bov.*
355 Potes *P*
359 Cunctique *P*

LAVRENTII VERONENSIS

"Qui pacem portant caelo possunt habitare.
"Debetis fratres cum uoto cordis amare.
"Si nec amatis eos quos uos modo forte uidetis,
365 "de nondum uisis mihi numquam spem facietis.
"Horum quisquis enim praesentes temnit amores
"qualiter illorum poterit releuare dolores?
"Pacis amatoris non est possessio parua,
"sidera namque tenet pontumque beatus et arua.
370 "Postquam de Saulo Dominus sibi fecit amicum
"sit nemo nostrum fratrem ducens inimicum.
"Vera sit in nobis et non concordia falsa
"si tuti uultis transire per aequora salsa.
"Magna Dei uirtus nostros ut terreat hostes
375 "pax sua possideat nostros cum limite postes."
Interea uulgi pelagi terrore solutum
murmurat, et patrias exoptat turpiter oras,
inque duces stultas temptans agitare querelas
hostibus omissis pariter remeare minantur.
380 His permotus ait Lucensis talia Fralmus:
"Laudet quisque Deum, cui sunt cum prosperitate

363 Noto *P* toto *edd.* · amore *Ugh. Mur. Mig.*

366 Temnit] renuit *Bov.*

368 Pacis] iacis *B*

371 Sic *R*

374 Magna] trina *P* · terreat] intreat *B*

375 Potes *P*

376 Solitum *P a. corr.*

379 Minatur *P Mur. Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

"omnia. Laetetur cui congrua quaeque parantur.
"Congrua namque reor socios et multiplicare
"subsidioque uiros proprii reperire laboris.
385 "Qui socios augere potest bene percutit hostes,
"quos satis egregios nobis diuina parauit
"gratia. Nec nostrum teneat turbatio quemquam
"cum bello quisquam nec adhuc superauerit hostem:
"ex quo coepimus hoc neque sit superatus ab hoste.
390 "Vt quid tanta tenet uestras turbatio mentes?
"Poenitet ignauos coepti fortassis honoris?
"Cur uox istorum praeclaras polluit auras?
"Hosque piget uenisse quidem qui rura solebant
"uertere, qui curuis incumbere semper aratris,
395 "cunctaque consumunt uertendo tempora glebas.
"Et modo, cum nequeant sua semina tradere sulcis
"aut conculcato pedibus procumbere musto,
"nocte dieque moras istas casusque queruntur,
"inque domos remeare suas fortasse minantur.

381 Gaudet *edd.*
382 Laetatur *edd.*
388 Bella *P a. corr.* sperarit *B*
391 Honores *B a. corr.*
392 Cum *R Mur. Bov.* · aures *edd.*
397 Conculcato *P a. corr.*
398 Squeruntur *B a. corr.* querantur *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

- 400 "A uiles homines, quorum miserabilis aetas
"praesenti populo nullam gerit utilitatem.
"Semper agant semperque gemant agitentque querelas.
"Quos mores retinere suos infamia non est,
"nos bonitas clarumque decus seiungat ab illis,
405 "et maneat nostro concordia semper in actu,
"sitque carens odio qui uult seruire Tonanti.
"Si decies prohibetur iter, decies repetatur,
"et uia temptetur crebro, dum perficiatur.
"Vt tenuit semper, teneat reuerentia nostras
410 "curas, quod gerimus quia totus conspicit orbis.
"Si cito non aderit quod gestit nostra uoluntas,
"tactus ob hanc causam maneat formidine nemo.
"Quod prohibet mensis reddunt tibi namque kalendae.
"Cum Deus oratur, quod ab ipso forte uetatur
415 "tempore non modico, cito praestat luce sub una."
His populus dictis auidas ut praebuit aures
gaudia succedunt. Turbatio, cura recedunt.
Moxque sequente die Domini, Raimundus ibidem
Berengarius adueniens paucique suorum

400 A uiles homines] hi uiles homines *edd.* uile genus hominum *P* (uiles a. *corr.*)

402 Agitentque querelas] semperque susurrent *P*

404 Hos *Ugh. Mig.*

411 Cito] cto *B · gest B*

416 Auras *B aureis P a. corr.*

417 Turbatis *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER PRIMVS

- 420 iungit amicitiam. Pisani foedere gaudent
et socium factum praestanti munere donant.
Cumque moras faciunt, morbosa peste fluente,
multi de populo fati superantur iniquis.
Hicque Caim moriens maestos cum praesule ciues
- 425 dimisit, patrias non totus iturus ad oras.
Dumque premunt lacrimas, Pesulani Montis alumnus
cum sociis centum Guilelmus castra subintrat,
armigeris ratibus uectis turbaque pedestri
quos quasi uiginti duxere per aequora naues.
- 430 Ast Aimelricus generosa stirpe creatus,
quem Nerbona colit dominum patremque ducemque,
uiginti uitreas fertur duxisse per undas
naues, et celeri uenisse per aequora cursu.
Hos quoque Raimundus, cui Balcius exstat origo,
- 435 cui solitos Arelas impendere certat honores,
atque secus Rhodanum castris reperitur et aruis
diues, consequitur laudato milite plenas
-

419 Paucisque *B a. corr.* paucique *Bov.*
422 Dumque *P* · formosa *B*
423 Factis *P*
424 Maestis *P*
427 Guilelmus *edd.*] Vilielmus *P* Guilielmus *R B* · subintrant *P*
430 Aimericus *edd.*
431 Narbona *edd.*
435 Qui *R B Ugh.*

LAVRENTII VERONENSIS

ducens septenas undosa per aequora puppes.
Raimundus, sacrista potens et strenuus actu
440 militiae, titulis et qui fulgent Arelate
cum propriis totidem uitreas uenere per undas.
Tales Rusilium proceres lataeque Biterrae
et cum Nemausis Prouincia tota sequuntur.
Quanta per Ausonias transibant agmina terras
445 cum Romam uenturus erat terrendo senatum
Caesar, qui domitos Gallos iuga ferre coegit,
tanta Girundenses uenisse feruntur in agros.

438 Aequora] aequo *P*
441 Propriis] proris *B* · undes *P a. corr.*
443 Nemensis *Bov.* · sequuta est *Bov.*
444 Antonias *Ugh. Mur. Mig.* · Ansonias *Bov.*
446 Qui] cum *P* · iuga] uiro *P a. corr.* (iura *p. corr.*)
Explicit liber primus *R edd.*

LIBER SECVNDVS

lamque graues populis pelagus sulcare parabant
classes, uir rediit de nauī castra subintrans
Alberius cui rector erat. Venisse Pyrenem
illaesamque ratem pariter praefatus, equosque
5 ui sitis oppressos uini potasse liquorem,
exanimesque simul ponti maduisse sub unda

Incipit liber secundus *R Mur. Bov.* Incipit secundus *B Ugh. Mig.*

1 Pelagum *edd.*

1-7 *Sic habet P:*

Postquam Lambertus consul de consule factus
dux equitum fuerat multos et classe locarat
Gallorum, uenisse uirum de naue ferebant
qua fuit Albertus prudens Vgone creatus
Alberius cui rector erat (*erant cod.*). Mulam uenientis
non modicus sudor, faciem quoque texerat eius.
Progenere uirum sed quae loca quīue parentes
uel quod nomen habet, lector, uitabo referre.
Ipse tuos narrat subisse Minorica portus
nauem praedictam, uentorum flamine pulsam,
quam rectam tenuisse uiam referebat, equosque
ui sitis oppressos uini potasse liquorem,
defecisse tamen quosdam, pontoque relictos
ad loca dicta prius quam posset prora uenire

2 Classe *B* · uir] tot *Ugh. Mig.* cum *Mur. Bov.*

3 Albertus *edd.* · qui *Mur. Bov.*

5 Vij] li *B*

LAVRENTII VERONENSIS

non prius ad Baleam peruenit prora Minorem
retulit, et Mauros ad se uenisse rogantes
et qua sint patria, quas et gradientur ad oras.

10 "«Bozeam petimus. Ianuenses» — nauita dixit.

"«Sed quoniam Pisana manus nos acriter odit
"«praecipue uestrum quoniam retinemus amorem,
"«hanc formidantes istud contingere litus
"«cura fuit. Factos pro uobis fugimus hostes,

15 "«nam nec habere ualent nostras in proelia uires.

"«Offendunt quoscumque queunt sine crimine nostro.

"«Peruia Sarnigenis sunt aequora cuncta dolosis

"«turbanturque suo maris omnia regna furore.

"«Vidimus hos sulcare fretum nos, utque putamus

20 "«qualibet in uestra figunt tentoria ripa.

"«Caedere siue uolunt nos aut bona tollere nostra,

"«auxilium nobis celeres praebete rogamus.

"«Scimus eos uenisse quidem multumque timemus.»

10 Rozeam *Bov.* · Ianuensis *R B edd.*

11 *Deest hic uersus edd.*

13 Istud] uestrum *P*

17 Sarnigenis *B* · dolosis] nouosque *P*

18 *Sic habet P:*

gentibus incipiunt tumidi monstrare furores

20 Fugiant *B* figent *Mur. Bov.*

21 Laedere *P*

22 Praebere *Mur. Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

- "Mox aiunt: «Vos fertis equos» qui forte fremebant.
25 "Rustica turba refert (facit hoc irata frequenter)
"more suo fremitus agitans faciensque tumultus.
"Hosticus inde globus feruens uelociter alnos
"intrat, et intentis nos perturbare sagittis
"cogitat, et toto mentitos increpat ore.
30 "Nostra manus confisa satis non segnius arma
"sumpsit, et in steriles accenditur ira furores,
"namque citus ueniens uentus, dum uela tetendit,
"Maioris Baleae tribuit contingere litus,
"egressique uirum quendam per rura uagantem
35 "uidimus, et quantum locus ille remotus ab urbe
"sit percunctamur. «Viginti milia» —dixit.
"Hausimus et laticem, laticis data copia nobis
"et fuit, inque ratem uasisque uirisque receptis
"aequora crispauit Zephyrus, Zephyroque fauentes
40 "fleximus aduersum Sardoas carbasa ripas.

27 Hostium *Bov.* V. 27 sic habet *P.*:
hostis quas habuit properanter protinus alnos
30 Concisa *Bov.*
31 Fauores *Bov.*
33 Sic habet *P.*:
mox Baleare dedit nobis contingere litus
35 *Ordo*: remotus ille *P.*
38 Et] ut *P.* uirisque] utribusque *Bov.*
39 Zephirorum facientes *P.*

LAVRENTII VERONENSIS

"Sulcantes igitur pelagus uenientia uela
"aspicimus. Dubitare prius sed ad arma uideres
"ueloci cursu iuuenum properare cateruam.
"Quoque modo properant quos terret aquaticus Auster
45 "ob pluuias operire domos, male tecta supellex
"imbris ne pereat pro mole cadentis in aedes,
"sic gladios clipeosque suos sibi tollere quisque
"certat, et intente sinuatos praeparat arcus.
"Taliter adueniunt pelagus sulcando carinae
50 "qualiter incedunt iuncti delphines in undis
"quando natant aliquos non dando per aequora saltus.
"Noscimus, accipiunt nostras referuntque salutes.
"Gaudia praecipiti posita suscepimus ira.
"Qui postquam didicere uiam quam fecimus ipsi
55 "quidue laboris onus passi fueramus ubique,
"Sardiniae demum sese docuere relictos.
"Praeualuit Boreas Zephyro bis quinque diebus,

40 Sardas *Bov.*

42 Ad arma] arma *R* in arma *edd.*

46 Prae *Bov.*

49-50 *Sic habet P:*

Accedunt geminae tanta cum pace carinae
quanta cum repetunt bene cognita pascua tauri
ire solent quando nullas agitantur in aras,
et uelut incedunt (*incidunt cod.*) iuncti delphines in undis

51 Aliquos dando *Bov.*

38

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

"per mare nos uexit, uentoque cucurrimus illo.
"Nemo tamen didicit qua tunc foret insula parte
60 "quoue loco pelagi steterit Maiorica post nos.
"Interea uentus Libycis progressus ab oris
"uela tenens possedit aquas salientibus undis
"atque Pyrenaeum nos ille reduxit ad amnem."
Talia dicentem populus circumstat, et omnes
65 si ualeant quaerunt uel si patiantur amici.
Incolumes postquam uir dictus retulit omnes
murmure cum laeto redeunt in castra cateruae.
Cumque dies geminus bis sex geminauerat horas,
aduenere decem Pesulano Monte carinae
70 quae Pisis fuerant Augusti tempore missae
ad quoscumque tenet latos Prouincia fines
(his inerat clarus cum consule Guido Dodone,
ordine leuita, triuui ratione peritus),
illius ut patriae traherent ad proelia gentem.
75 Aethera carpebat solito molimine Phoebus

63 *Sic habet P:*

qui Barchinonae nos usque reduxit ad amnem

65 Valeunt *B a. corr.*

68 lamque *P*

69 Aduenere] cum uenere *P*

72 Vido *P*

74 lillius *B*

LAVRENTII VERONENSIS

et splendor solis nondum tenuauerat umbras
cum data signa sonant iussos motura recessus.
lusserat antistes ponto dare uerbera classem
et transire rates properatis cursibus illuc
80 Barchinon excelsis ubi fulget in aera muris.
Iussa probant omnes, nec inerti scandere passu
naues incipiunt, quos non sua uota retardant.
Sed uelut examen per apertas aduolat auras
quando cupit patriam mutare, locumque, domumque,
85 sic Pisana manus rapidis Aquilonibus usa
remige quam celeri dictam properabat ad urbem.
Solis ab occasu modicum porrectus ad aequor,
defessas solito qui frangit et accipit undas,
Mons Iudaeus ibi, plana diuisus ab urbe,
90 non Euris puppes calidisue tuetur ab Austris.
Huius ab Hispana facie ratis appulit omnis.
Vt terras subeunt Latiae reliquaeque carinae,

76 Enuauerat *P*

77 Recensus *P*

79-80 *Sic habet P:*

ac Barchinonam recto procedere cursu.

87 Prorectus *Bov.*

88 Defessos *B a. corr.*

89 Mon *P*

90 Eutis *Ugh.* uentis *Mur.* et uentis *Bov.* · calidisne *Bov.*

91 Cuius *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

litus adusque tuas agmen nauale tenebat
Lubricaris aquas. Ripae cecidisse feruntur:
95 tanta premebat eas magnae uiolentia classis.
Hic ubi mutauit lites concordia pace
adueniunt sancti celeberrima festa Matthaei.
Tota nocte sonant tunc tintinnabula cuncta,
uota uouent omnes, precibus uotisue Tonantem
100 sollicitant, cuiusque colunt sollemnia sanctum.
Candelas tunc quique suas in cuspide ponunt
aut ubi lux clare populo uideatur ab omni.
Tertia lux aderat, cum planum possidet aequor
uentus quem Boream nequeas Eurumue notare.
105 His medius fuerat. Tundunt sua pectora nautae,
totque dies uacuos cum noctibus ire queruntur.
Ergo die medio sublimis in aethere Titan
de medio cursu terras spectabat et undas,
cum Catalanensi de litore classis abibat.
110 Quos fremitus praebere solent stridentibus alis
Threiciae uolucres resonantes cantibus altis
agmine cum facto repetunt alias regiones,

102 Dare *B*
104 Eurumque *R edd.*
107 Ergo] iamque *P*
109 Catalanensi *B* Catelanensi *Mur. Bov.*
111 Resontes *P a. corr.* resonantis *B* · albis *P*

LAVRENTII VERONENSIS

non alios Pisana manus clamore sequente
exagitando suos et candida uela parando
115 soluendoque rates summis cum uocibus edit.
Quattuor insignes tunc praecessere carinae.
Signiferi Francardus erant, rectorque Pyrenes.
Ordine consequitur renouato cetera classis.
Lux abiit, nox atra subit, qua denique lapsa
120 uel media uel plus media, contraria retro
flamina uela dabant, qua causa praeuius heros
ad Tramaricis sua flexit carbasa litus.
Inde Teragonam petit ac deserta Salodi.
Hic Zephyrus perfringit aquas, et fluctuat Auster,
125 peruia sed Zephyro plus sunt sinuantia saxa.
Partibus unda tribus circumdat pontica rupem.
Arbustis tegitur breuibus quae spectat ad Eurum
planities altae rupis de parte leuata.
Regis in hac Karoli dicuntur castra fuisse
130 dum duro quondam certamine strauit Hiberos.

117 Erat *Bov.*
121 Flamma *P* · uelabantbant *B*
122 Tamaricis *Bov.*
123 Terragonam *P* Terogonam *edd.*
126 Ponticam *B*
128 Planitiis *Bov.* · ruptis *P*
130 Cum *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

Hic hiemes Franci tolerasse feruntur et aestus
quando praestanti ceperunt robore terram.
Post lapsae noctis spatium lucisque sequentis
tempora consumptae, qui primus adhaesit in illis
135 saxis signa dedit uigiles quos gesserat ignes,
ne foret incertus locus hic dubiusue carinis.
Hic postquam cunctis fuerat lux reddita terris
et latices hausere uiri conscendere pontum
incipiunt. Vitreas uelis remisque procellas
140 mota secat classis. Iam terra relicta uideri
non clare poterat cum montibus abdita celsis
cumque labante die subiere crepuscula noctis.
A recto cursu non recta retorserat aura
uela. Laborantes turbantur in aequore nautae
145 et se conclamant inuitos ire Dianam.
Interea noctis tenebris Aurora remotis
clara resurgebat, cum turbida nubila uenti
ducere coeperunt ab ea qua labitur ora

134 Tempore *edd.* · consumpto *P edd.*

135 Saxis] conscia *edd.*

136 Locis *P*

137 Fuerat lux reddita] lux exiuit edita *P*

142 Cumque labante] cum et labente *edd.* · subire *Bov.*

143 Retorserat *P*

147 Refulgebat *R edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

publica lux mundi. Mox flectere uela Salodon
150 plangentes satagunt (tantus uehit impetus ipsos!).
Huc simul ac uenere rates iam nocte propinqua
prosiluere uiri latices haurire recentes.
Ecce Moabitae pedibus uectantur equinis,
ut solet a neruo dimissa uenire sagitta
155 quando suum Parthus sinuat uiolentius arcum,
qui captos pariter capientes fluminis undas
ad proprios longo duxerunt calle penates.
Sed timor Alpheae gentis de nexibus ipsos
eripuit, rigidos qui concutiebat Hiberos.
160 Ergo per euentum, quoniam male contigit illis,
iussio fit reliquis ne progrediantur inermes.
Dumque moram faciunt uacuisque uagantur in agris
agmina, murmur erat: Lucenses denique turbae,
dum pelagus tolerare minus fluctusque ualerent
165 et nimium uellent sociis famulantibus uti,
unaquaque die populum replere querela.
Vgo Pisanus uenerabilis archisacerdos
cum dextra pariter tunc ardua protulit ora,

156 Capientis *Bov.*
159 Eripui *P*
166 Vnaqueque *B*
167 Vgo Pisanus] tunc Pisanus Vgo *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

qui tali populis sermone silentibus inquit:

- 170 "Sola Dei bonitas, qui cuncta gubernat habetque,
"Pisanos ciues tantos animauit ad actus,
"expertique suos nullos ad bella uocabant.
"Nullus ad ista fuit toleranda uenire coactus.
"Sponte petebatis nobis gratisque dabamus
175 "quaesitas uobis non uilia munera naues,
"et ratibus uecti socii ueniendo fuistis.
"Dicite Lucenses si quis uos forte coegit.
"Quippe nec inuiti uoluistis ad ista uenire
"unde nec inuitos quisquam retinere ualebit.
180 "Pisanos solos discedere nempe uetamus,
"non aliis prohibentur equi, non uictus et arma.
"Accipiant ea quando uolunt, sanique recedant,
"securosque petant ductores, hique dabuntur
"cum quibus Italicos poterunt pertingere fines."
185 Et memoratus herus post talia dicta resedit.
Taliter incepit Guido supra memoratus:

168 Tunc ardua] sublimia *P*
174 Nobis] importune *Bov.* · gratiusque *Bov.*
175 Nobis *edd.*
178 Voluisti *B*
181 Et] ad *B*
183 Hisque *B*
185 Et] ut *P*
186 Vido *P*

LAVRENTII VERONENSIS

"Cum Deus in cunctis praeponi debeat actis,
"nec pietas nec amor pietatis habetur in ullo
"qui pro mundano tantum contendit honore.
190 "Certet honor mundi, certet sapientia quaenam
"in mundi rebus Domini simulavit amorem,
"praetulit atque Deo perituros semper honores.
"Vnde Dei uestras cernendo potentia mentes,
"contra quem uestrum toto fuit agmine murmur,
195 "hunc dignum uobis largitur temporis usum.
"Hebraeis populis murmur fuit instar ad huius,
"quando repletas memorabant carnibus ollas
"et condita simul dilectaque grataque multum
"fercula Niliacis quibus utebantur in oris.
200 "Nam cuperent saeui potius iuga ferre tyranni
"seruilique magis sub condicione manere,
"quam prohibere gulae uitium dapibusue carerent.
"Ille uetus populus residet sub pectore uestro,
"illius et mores, animosque, uiasque tenetis.

192 Deo] dedit *P edd.*
193 Nostras *edd.*
194 Vestrum] uastum *edd.*
197 Ordo: repletas memorabant *edd.*
198 Condita] cuncta *P*
200 Cuperunt *Bov.*
202 Vicum *P* · carere *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

- 205 "Vulnere de tanto qui gestit habere salutem
"poeniteat uoluisse malum properanter iniquum.
"Desipuit, quicumque fuit, ceciditque retrorsum,
"magnum nempe scelus nostro commisit in aeuo.
"Quod teneamus eum quisquam fortasse queretur:
- 210 "praeter Pisanos, quicumque recedere quaerit
"quando libebit eat. Sua tollere non prohibetur,
"nulla recedenti sane uiolentia fiet.
"Ad patrios igitur cum uenerit ille penates
"et medius turbae claros narrauerit actus,
- 215 "hoc de se uero poterit sermone referre:
"quod numquam uidit quos tantum fugerit hostes.
"Nos mare, nos uentos, pondusque feremus aquarum
"in Domini factis, nec habebimus inferiores
"militiae socios, quos Gallia tota sequetur.
- 220 "Iamque fauente Deo uenient multo meliores
"una nobiscum belli superare labores."
Tunc Guilelmus ait dominus Montis Pesulani:
"Hos discedentes numquam doleatis abire.

205 Gestat *P*
214 Narrauerat *P B*
215 Vere *Mur. Bov.*
220 Namque *P*
221 *Deest hic uersus B*
222 Guilelmus *R* Vilielmus *P* Guilielmus *B* Gulielmus *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

- "Pro quocumque uiro qui nunc fortasse recedit
225 "quattuor ob pugnam dabimus non deteriores
"qui pro sex horum poterunt tolerare labores".
Surgens Henricus post haec Guinithone creatus
hortatur ciues bellum firmare, priusque
una cum patribus sese iurare fatetur.
- 230 Dicta fides sequitur. Iurant aequaliter omnes.
Iam secus occasum Phoebi clarissima lampas
candentes uitreo tinguebat in aequore flammis.
Nox ea consiliis est postquam tota peracta,
et Phoebus radiante dies iam clara micabat,
- 235 ecce recedentes equitum peditumque phalanges
dimissis ratibus proprias certanter ad aedes
Italicae redeunt, dimittentesque Salodon
immeritis referunt conuicia plurima nautis.
Praeterea factos habiles ad carbasa cantus,
- 240 et quoscumque solet sociis in puppe referre
nauita sermones deridet rustica turba.

227 Vinithone *P*
232 Tangebatur *edd.*
233 Consilii *P* · est] ut *Bov.*
234 Micabat] refulget *edd.*
236 Certantur *Cal. Ugh. Mur. Mig.* uertuntur *Bov.*
237 Italia *Bov.* · dimittentisque *Ugh. Mur. Mig.*
238 Cum uitia *B*
239 Cantus] sanctos *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

Interea quod hiems uariaret saepius auras,
illeque perpaucis ratibus tutamina portus
praestat, et ignotae non est fiducia genti,
245 Barchinon expetitur, classemque reducere cunctam
constituunt, hiemare simul meditantur ibidem.
Festa dies aderat Domini de nomine sumpta
praebebatque leues flatus lenissimus auras,
qua Latiae puppes usae cum remige uentis
250 urbem nauigio celeri tenuere Pyrenam.
Post ubi Pisanis fuerat iam copia terrae
exonerare rates properant, pars maxima quarum
sistitur in terris (trahitur quoque luce sub illa).
Nox quascumque sequens liquidis inuenit in undis,
255 intoleranda feri ponti facit ira solutas,
nec potuit requies prius aequoris esse procellis
quam sexagenas uis fregit pontica naues.
Hinc turmae flebant, praesul patresque dolebant,

243 Per paucis *Bov.*

245 Heu petitur *edd.* *Versum sic habet P:*

ad Barchinonam classem deducere cunctam

246 Mediantur *Ugh. Mur.*

248 Leuissimus *edd.*

249 Quo *P.* uentos ex uentis *P*

250 Pisanam *edd.*

252 Quorum *B* classis *edd.*

255 Salutas *P a. corr.*

LAVRENTII VERONENSIS

et pro posse suo non fractis subueniebant
260 nauibus, in siccam donec traherentur harenam.
Non alio luctu uidui gemuere Sabini
cum sibi dilectas detraxit Roma puellas.
Inter tristitias autem quas forte ferebat
Alpheus populus improuisosque dolores,
265 non oblitus erat quicquam de rebus agendis
nec potuit clarae mentis postponere sensus.
Ligna legi iussit quae congrua nauibus essent
ac tabulas quas dira maris proiecerat unda.
Ingenium docti populi mox tecta ratesque
270 nocte dieque parat complere uidelicet illas
omnimodis satagit quas fregerat aequoris ira,
atque modis paribus turre, tormenta per omnem
constituunt campum Baleae factura ruinam.
Terque decem Pisas statuuntur adire biremes
275 per quas incepto reparentur robora bello,
nisibus ut totis classem clarosque replerent
militiae numeros notae per saecula Pisae.
Tunc quod cara nimis fuerant alimenta Pyrene

259 Francis *P*
271 Fregarat *Ugh.*
273 Baleam *edd.*
274 Biromes *B*
276 Clamsem *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

- se diuiserunt per plures agmina terras.
280 Pars campum retinet, pars altera uenit ad illos
quos habuisse datur supra Prouincia fines;
Mons Pesulane tuas claras peruenit ad arces
Gerardus ualidus dominusque comesque Lemanni.
Hic quoque bellorum Gualandus splendidus actu,
285 filius Vgonis Petrus, et Rolandia proles,
Barutiique uigor, necnon Viuianus et Abbas
dogmata militiae monstrant incognita Gothis.
Multi Nemausas, plures ueniunt Arelaten,
inueniuntque piam gratamque per omnia gentem
290 Pisanas acies miro quae fouit amore.
Hic Ildebrandus Poppus transire uolebat
cum scapha Rhodanum, sed equo dum forte sederet

278 *Sic habet P:*

At Barchinonae quaecumque relictæ fuerunt

282-284 *Sic habet P:*

atque Presulanum montem uenisse Leuanin

Gerardum comitem clarum uirtutis honore

constat, militiae Gotis per facta notatum.

Istic bellorum Vallandus splendidus (*sic*) actu

283 Gherardus *B* · Leuanni *codd.* Liuanti *edd.*

284 Gualandus *edd.*

286 Barucuque *B* Baruiique *edd.*

288 Nemausas *Bov.*

290 Miro] magno *R edd.*

291 Ildebrandus Poppus] Holebrandus populos *edd.*

292 Cum] dum *R edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

oblectauit eum puerorum cernere ludos
et cum quaesitum lapidem misisset in illos
295 calcar equum tetigit, qui dans in flumina saltum
Lucensem iuuenem rapidis submersit in undis.
Non lacrimae fusaeque preces ualuere cadenti.
Mortuus huius equus cum tractus ab amne fuisset
Pisani iuuenes equitem traxere necatum.
300 Qui socium postquam largis fleuere querelis
antistes, clerus, populusque ualens Arelatis
intumulare uirum summo curauit honore.
Ac uice qui comitis Pisana praesidet urbe
Vgo, militiae cui praebent singula laudem,
305 agmine qui toto uitam seruauit honestam,
hastarum ludis et cursibus usus equorum
ac praeponendo uincenti praemia cursus
Pisanos equites tractabat more Quiritis,
egregiumque uirum Catalania tota frequentans

293 Delectauit *P*
294 Misset *B*
296 Rapidus *P*
297 Precet *B a. corr.*
299 Equites *B*
301 Volens *Bov.*
302 Summum *P*
304 Militia *Ugh.*
309 Catalaunia *Ugh. Mur. Mig.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

310 Sardaniaeque comes celso celebrabat honore.
Consulis Henrici bonitas necnon reliquorum,
iurgia siue scelus non impunita relinquens,
iustitiae normam seruauit in agmine toto,
quippe sibi gnari socii dum forte fauerent
315 omnibus aequa dabant placidi moderamina iuris,
constituuntque uiros totum uigilare per agmen
qui seruare queant nocturno tempore naues.
Bisque decem seruant Balearica regna carinae,
paganam rabiem ualidis quae uiribus urgent,
320 et titubare feri faciunt fera corda tyranni.
Si bene belligeras pensent noua saecula Pisas
per mare, per terras geminas extendere uires
hoc Pisae faciunt Romam quod utramque deceret,
quarum signa ferus populus dum spectat Hiberus
325 ingemit, atque metu uisi consumitur hostis.
Castraque custodit Pesulani Montis amator.
Ille prius patrias remeare refutat ad aedes
quam sciat an ob rem seu frustra sumpserit arma.
Hoc Catalanenses concussit inedia terras

310 Sardiniaeque *Ugh. Mur. Mig.* Sardiaequae *Bov.*
313 Norma *B*
323 Deceret] placaret *edd.*
325 Nisi *P*

LAVRENTII VERONENSIS

- 330 tempore. Pisani, solitis nil strictius usi
sumptibus, inuentos gestantes undique uictus
argenti pretio uaria quoque merce parabant,
unde Pyrenaeos larga bonitate fouebant
et solabantur inopes mercamine fines.
- 335 At praesul custos sinceræ religionis
ne sibi commissi caderent uigilanter agebat.
Ergo diem nactus gratum tempusque loquendi
"Arboreas —dixit— postquam perceperat escas,
"letalıs pomi cum sumpsit ab hoste saporem
- 340 "ille uetus genitor, Paradisi moenibus illum
"iussit abire Deus, cuius sententia uindex,
"hoc exosa nefas, pepulit damnando superbum.
"Omne genus uitii uitio processit ab huius
"scilicet inuadens hoc ordine posteritatem.
- 345 "Intrat in has tenebras, mundanae gentis origo,
"primus homo, natos hinc quos sibi fuderat Eua
-

329 Catalanensis *P* Cathalanenses *B* · media *Ugh*.

330 *Vti* *Bov*.

332 Paratos *P*

333 *Vnde* Pyrenaeos] Barchinonenses *P* · fauebant *Ugh. Mur. Mig*.

334 Solebantur *P*

336 Caderent] caelent *Ugh. Mur. Mig. cedant* *Bov*.

337 Natus gratumque *B*

341 *Vindex*] uoti *edd*.

346 *Hinc*] hunc *P et edd*.

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

"liuor agit. Fratris ferit impia dextera fratrem,
"qui cadit. Ante Deum clamat uox sanguinis eius.
"Soliuagus Caim siluas agrosque pererrat.
350 "Ast subit astrigeras sedes iustissimus Enoch.
"Iustus post illum Noe cum fecerat arcam,
"diluit omne solum nimiarum pondus aquarum.
"Vndae cessarunt. Octauus prodit ab arca
"tunc solus iustus: sunt gentes multiplicatae.
355 "Post patriarcharum fuit ordo, deinde prophetae,
"et tamen infernas nemo uitauerat aedes.
"Vnde Dei pietas, hominum fera funera cernens,
"ut saluaret eos emisit ab aethere natum,
"et, ne uana forent ea quae sacrata canebant
360 "ora prophetarum, caeli rex est homo factus.
"Sic hominum factor sumens de uirgine carnem
"seruiles habitus hominum portauit ad usus,
"perque suam mortem cum crimine morte necata
"captiuas animas de gurgite traxit Auerni.
365 "Hac serie Domini saluauit gratia gentes,
"uenit et in cunctam benedictio posteritatem.

347 Dextra *P*

349 Cain *P* Caym *B* densas *edd.*

353 Cessauit *P* - octauias *Ugh.* octauas *Mig. ... Mur. Bov.*

359 Et ne] et *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

"Cuius apostolico dum praesidet agmine Petrus,
"ob fidei sacrae confessam credulitatem
"esse pius meruit caelestis clauiger aulae.
370 "Ille tenet clauis qui rexit in aequore naues.
"Clauiger ille pius, puppis doctusque magister,
"uos in naue sua mundana per aequora portet
"incolumes, puppisque suae uos esse ministros
"remigio dignos imploret Cunctipotentem,
375 "ut possitis eos tuto ductare per aequor
"urgite quos sacro sacrum baptisma piauit.
"Ergo docete uiros cari pia dogmata fratres
"ac monitis sanctis a criminibus prohibete,
"ut ualeatis eos ad caelica ducere regna.
380 "Deficiat uobis ut numquam caelica merces
"quam Dominus solis concessit habere beatas.
"Exemplo Christi, cuius regit omnia uirtus,
"captiuos fratres quos barbarus opprimit hostis
"liberet a saeuo fratrum pia cura tyranno.
385 "Fratribus et Domino quantum debetis amoris

371 *Deest hic uersus R edd.*

372 Vos] sui *P*

374 Omnipotentem *Bov.*

375 Positis *P a. corr.* · totos *P*

376 Sacro sacrum] sacrosanctum *edd.*

381 Dominis *B a. corr.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SECVNDVS

"praemonuit Petrus cum praecessore magistro.
"Pro Petro Christus cunctisque fidelibus exstat
"in cruce confixus, pro quo Petrus in cruce tensus,
"fratribus unde suis succurrere nemo recuset,
390 "fratres quippe suos Iudas, patriarcha nepotem
"Abraham dilectum de nexibus eruit hostis.
"Hi quibus est licitum feriant mucronibus hostem:
"hos hominum factor saeuo defendat ab hoste".
Quae modo sunt scripta sunt pontificalia dicta.
395 Flos leuitarum, uir nobilis et bene carus,
ista satis melius quaerenti narret Obertus.

386 Praesiore *P*
387 Cunctis fidelibusque *B*
393 Vos *P*
395 Flos] hos *Ugh. Mig. nunc Mur. Bov.*
396 Vbertis *Ugh. Mig. Vbertus Mur. Bov.*
Explicit liber secundus *R B edd.*

LIBER TERTIVS

Quem colit interea tellus Balearica regem,
Nazaredeolus, Burabe perterritus istis
confususque nouis, in coetum conuocat omnes
causas maiores per quos tractare solebat.

5 Consilium quorum plano sermone requirit,
siue Moabitis optarent tradere terram
an cum Pisanis aliquod coniungere foedus.
Respondere uiri soliti maiora referre
et qui noscuntur aliis praecedere sensu:

10 "Turba sumus famulique tui, quidcumque uidetur
"in ratione tibi constantius eximiumque
"nos sine lite sequi confestim disce paratos.
"Respice nulla minus populum quam bella uolentem.

Incipit liber tertius *R B edd.*

2 Nazaredeolus] Haerare Declus *edd.* · Busabe *B P*

3 Confususque in coetum... conuocat omnes *edd.* confusisque *P a. corr.*
contususque *Mig.* · centum *R P Ugh. Mur. Mig.*

4 Trahere *P*

7 Pisanus *P*

9 Procedere *Ugh. Mig.*

10 Quicumque *B* quodcumque *edd.*

13 Quae *Ugh. Mur.* quem *Mig.* quod *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

- "Sedula uelle suo tua gens in pace maneret,
15 "haec nam culpa grauis dedit horrida scandala nobis.
"Vndique gauderent Baleari subdita regno
"si cum Pisanis nos foedus habere daretur.
"Inque Moabitis nobis fiducia clare
"non bona speratur. Tantum conuicia possunt
20 "quos tolerare gemunt Hispanae gaudia terrae:
"respice Dertosae quid agant, quantaque Dianam
"clade premant. Nostras miseratus mente querelas
"accipe. Captiuos omnes perquire, reserua,
"et melius tracta, quia pax et uita per illos
25 "ac regnum pariter tibi concedetur honorque.
"Ast his non habitis, numquam sedabitur hostis.
"Christicolis quoniam, qui pro pietate laborant,
"cara magis essent captorum corpora fratrum
"quam uideatur eis regnorum copia centum".
30 His habitis uerbis, regis praecordia diri
contremuere metu. Captiuos protinus omnes
praecipit inquiri passim ueteresque nouosque.

18 Clara *edd.* dare *Cal.*

19 Sperat *edd.* · cum uitia *B* · prosunt *Ugh. Mur. Bov.*

20 Quae *Bov.*

21 Dertorse *R B Dertare edd.*

23 Perquirere seruae *Ugh. Mig.* perquirere serua *Mur. Bov.*

26 Ast his] actis *edd.* · se dabitur *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

Tunc de Bonomuli rate quos fors, uentus, et unda
uexerat inuitos curat tractare decenter.

35 Pisanis etiam chartam pro tempore scripsit
in qua pontificem, patres, populumque salutat.
Qui quamuis prorsus diuersum mente retractet
ditia uerba tamen mittens nil supplicat hosti.
Sese constantem sine prodicione fatetur.

40 Ampuriae comitem testem narratibus addit
"Hierusalem" dicens "peregrino dum petit actu
"conspicuae famae notus comes Ampuriensis
"illius illaesam seruaui foedere terram.
"Nullum quippe uirum bello seu pace fefelli.

45 "Si Pisana manus mecum uult pacis habere
"foedera, continuo captiuos reddo measque
"dono paratus opes. Linqat mea regna, suasque

32 Sparsim *edd.*

33 Bonomoli *B a. corr.* bono ... rate *R* bono rate *Ugh. Mur. Mig.* bona rate *Bov.* ·
sors *Cal. Bov.* · quos forsque nouosque *B (uide priorem uersum).*

34 Tentare *B*

37 Tractet *P a. corr.*

38 Mictenus *B a. corr.* · hostis *edd.*

40 Narrantibus *R P edd.*

41 Ierusalem *R B Hyerusalem P A Jerusalem Ugh. Mur. Mig.*

42 Motus *Ugh. Mur. Mig.* natus *Bov.*

43 Illius] eius *P* · seruaui *Bov.*

44 Fefi *P* fefellit *Bov.*

47 Meam *Ugh.*

60

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

"impensas reddam pariter pretiumque laboris.
"At si forte suis armis contendere mauult
50 "bellandoque meam putat armis uincere gentem,
"usu communi cum se defendat ab urbe
"urbs, nihilum faciunt eius mea regna labores".
His intellectis chartam piscina recepit.
Et respondetur breuibus sermonibus illis
55 qui tales apices et talia scripta tulerunt:
"Nil tolerare mali portantes nuntia lex est.
"Communis iuris debemus moribus uti.
"Non possunt iungi cum uestro foedera rege,
"nec fas est nobis ullam sibi reddere pacem,
60 "ni prius in uestras conduxerit agmina terras
"rex qui cuncta uidens iudex cognoscitur aequus.
"Illuc decernat iudex pius ille patenter
"inter nos cunctos hominum qui iudicat actus".
Praeter eas alias fertur misisse lituras
65 quaeque suis notis mitissima uerba reportent.

48 Pretimque *P*
50 Bellando *P*
51 Vsuj ubi *R* *edd.*
52 Vrs *B a. corr.* · in ea *Ugh. Mig.*
53 Piscina] Pisana *edd.*
57 Viris *edd.*
61 Equs *B*
63 Internos *Ugh. Mur. Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

Priuatīs etiam multum promittit in illis:
Albitione satum uerbis commendat amicis,
utque memor maneat rogitabat foederis eius
quod cum Mugeto genitor retinebat auusque
70 iunxit et ex multo tenuit iam tempore Petrus.
Rex fuerat Baleae Mugetus rexque Dianae.
Inuasit Sardos rabida praestantior ira.
His igitur propere uiolento Marte subactis,
omnia cum plano tenuit montana tyrannus.
75 Huius Alpheus populus mox concitus actis,
conscendit celeres sulcantes aequora naues.
Tunc non erubuit quisquam de nobilitate
uiribus aequoreas remos urgere per undas.
Si leuis exstiterat uel tota remanserat aura
80 optatos cursus robur commune replebat.
Qualiter accipitres pauidas petiere columbas,
et sicut Libyci poscunt armenta leones,
tunc cum longa fames in uiscera serpit eorum,
sic sic accelerant, sic poscunt bella frementes

67 Albitiono fatum *Bov.*

68 Utque] atque *Mur. Bov.* · rogitabat] peracti *edd.*

72 Rapida *edd.*

74 Plena *Ugh. Mur. Mig.*

75 Alpheus] *Pisanus P*

83 In] et *R B edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

85 quos Pisana manus saeuos ductabat in hostes.
Sardiniae postquam poterant de litore cerni
eximias ratibus gestantia uela phalanges,
rex cum gente sua terras fugiendo reliquit.
Heroes igitur suscepta laude triumphi
90 uictores redeunt fines intrantque paternos.
Post illum uero Mugetus concitus annum
perduxit Mauros in regnum Calaritanum,
et numero primos excedunt posteriores.
Robora murorum quo scilicet aedificante
95 subsidiabantur Sardorum corpora muris,
quique die tota latices et saxa ferebat
impositus muro murum pro caute replebat.
Multi Sardorum quos presserat ira tyranni
tam saeuae mortis poenas habuisse putantur.
100 Hinc Pisanus honor, uires animosque resumens,

86 Sardineae *RB* · poterat *BP* (potuit *Cal.*)

87 *Sic habet P:*

eximius populus Pisana ductus ab urbe

89 Triumph *Mig.*

92 Carralitanum *codd.* Caralitanum *Ugh. Mur. Mig.* Cavalitanum *Bov.*

94 Maurorum *edd.*

95 Subjiciebantur *Bov.*

96 Saxa] fata *Ugh. Mur.*

97 Impositos *P*

98 Precesserat *P*

99 Putantur] fatentur *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

- non dubitat uitreas iterum transire per undas.
Post ubi belligeri terras camposque tenebant
rex fugisse datur. Multis nam Marte peremptis
barbarus abscessit, capto cum coniuge nato.
- 105 Erepti Sardi iugulis tutique fuerunt.
Indeque tota manent Pisanis subdita regna
Sardiniae. Docuere senes quaecumque retexo.
Quaesiti Sardi non haec tibi uera negabunt.
Hunc regis puerum qui captus dicitur esse
- 110 Pisae uictrices regi misere Lemanno.
Huius auum Petri princeps generosus amabat
qui dedit Alpheo quaesitum munus Alanta.
Reddidit hic patri carissima munera natum,
Albitio quare successoresque uocantur
- 115 Mugeti fratres successorumque suorum.
Ergo quisquis habet regum Balearica sceptra

100 Huic *Bov.*
101 Dubit *P*
102 Belliger *R B* Pisani *P* · terram *B*
103 iam *R edd.*
107 Sardinee *B* Sardiniae *Bov.*
108 Quaesita *B a. corr.* quaesitis Sardis *edd.*
109 *Ordo:* captus qui *Ugh. Mur. Bov.*
112 Alantam *B*
114 Albicio *codd. edd.*
115 Successoresque *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

ex hoc affirmat se fratrem seminis huius.
Albitione satus Petrus uiget, eius origo,
Pisanos ornans probitatis imagine ciues.
120 Talia cur memorem Petrus et Balearicus auctor
causa fuit. Sed nunc ad propositum redeamus.
Instabant Martis redeuntis tempora mensis
cum fines Ebusi missae subiere carinae.
Mox auidi de plebe uiri praedaeque cibique
125 intrauere casas nec scuta nec arma ferentes.
Dumque Saraceno satiant sua corpora musto,
dum passas uuas, dum gaudent mandere ficus,
nota per arua loci ueniunt equites Ebusini.
Incautos homines per deuia rura uagantes
130 detruncant gladiis, uario quoque uulnere perdunt.
Tunc Petrus Ascensus gestans sibi credita signa
audaces socios in dirum concitat hostem.
Ante rates certamen adest. Pugnant Ebusini.
Huc equites peditesque ruunt fluctuque resistunt

118 Albicione *codd. edd.* Albiciono fatus *Bov.*
123 Ebusi *Ugh. Mur. Mig.*
125 Intrauerat *P*
126 Sarraceno *Bov.*
127 Mandare *Bov.*
128 Mota *R B edd.*
130 Quorum *P*
131 Hunc *R B Ugh. Mur. Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

- 135 inuictosque uiros totis conatibus urgent
et non permittunt pedibus contingere litus.
Insula parua iacet non longe solis ab ortu,
quae breuibus scopulis Ebusinam respicit urbem.
Illa reuertentes recipit de Marte galeas.
- 140 Sed recreante parum iuuenilia membra quiete,
indubitata uiri repetunt sinuamina portus,
inuentasque rates capiuntque fugantque. Trahuntque
captos inde uiros, Ebusina plebe uidente,
ad sociosque ferunt manibus post terga ligatis.
- 145 Insula stat pelago (partes ea respicit Austri
aduersum Libycos), cui Frumentaria nomen.
Hanc Latii petiere uiri properanter, et illic
ceperunt uictus placidae solacia praedae
perpinguesque boues, quibus et uesci potuissent
- 150 ni pia Christicolis prohiberent tempora carnes.
Lustrantesque locum, quo gens inamata latebat,
abstractos caueis Ebusum duxere ligatos.

134 *Deest hic uersus R edd.*

139 *Ille Ugh. Mur. Mig.*

144 *Posterga B*

146 *Libicos P Lybicos Mig.*

147 *Properantur B properantia edd.*

148 *Cooperunt Ugh. Mig. · uictibus Bov.*

151 *Lustransque P · genus P a. corr.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

- Hic tunc, Lamberto necnon Erithone iubente
de duodenorum numero qui praememorantur,
155 Ascensus Petrus naues diuisit, et una
solis ab occasu coepit committere pugnam.
Cum sexagenis igitur comitantibus illum
signifer Ascensus, properans exire carinam,
hostiles cuneos multo cum robore poscit.
160 Tunc Arduinus generosus Luciniensis
exhortans socios in prima fronte resistit.
Ast Ebusitanus iaculatus signifer hastam
hosti terga dedit, socios fugiendo relinquens.
Nec laesit quemquam iaculum tellure relictum.
165 Luciniensis eum saxosa per arua secutus
hunc cum Bauuaro iugulauit protinus ense.
Rursus et accedunt equites aciesque pedestris
altera, quae furtim post grandia saxa latebat.
Tunc Eritho consul sociis adiutus in hostes
170 fertur, et obstantes telo gladioque repellit.

153 Herithone *R* Norithone *Ugh. Mig.* Guinithone *Mur. Bov.* · iubent *R*
155 Et arma *Ugh. Mur. Bov.* arma *Mig.*
157 Et sexagenis *R B* ex his senagenis *edd.*
158 Properant *P*
160 Lucuniensis *R B edd.*
165 Lucuniensis *R B edd.* · sequitur *P*
166 Hauuaro *P Bauaro edd.*
169 Eritho] Guinitho *Mur. Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

Parte caret portus, pars altera classis ad ipsum
tendit, et accensis animis inuadere terras
incipit, et Mauros ardente uigore repositens
proterit. Hi iaculis saxisque Alpheia repellunt
175 agmina. Mox acies Latialis turba requirit
pugnantesque simul premit atque uiriliter angit.
Sic perturbati cuncti fugiunt Ebusini,
quos fera bella gerens uictor Lamberte fugasti,
ut fugiunt aquilas celeri leuitate columbae,
180 et sicut pauidi fugiunt hastilia pisces.
Dumque tuum ualidis curuares uiribus arcum,
per Mauri pectus missam transire sagittam
tu facis. Ille cadit per rura fluente cruore.
Ducitur in longum tendens a litore collis
185 qua Petrus Ascensus Maurorum terga premebat.

170 Gladiisque *Bov.*

172 Terram *B*

174 Praeterit aculis *Ugh.* praeterit iaculis *Mur.* *Bov.* praeterit. Hi aculis *Mig.* ·
saeuisque *Ugh.* *Mig.*

176 *Ordo:* premit simul *edd.*

179 Aquilam *B*

180 Hostilia *Bov.* *Post 180 uersus hos habet P:*

Vrbis ab Arctoa tua pugnant agmina parte
sacrilegosque petunt sternuntque uiriliter hostes.

181 Cumque *R B edd.*

183 Tu facis] in faciem *edd.* *Hunc uersum sic habet P:*

tu facis: ille ruit uitam cum sanguine fundens.

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

Passibus haud lentis capit hunc gens barbara collem,
cui plus quam deceat uia longa uidetur ad urbem.
Sed dum Pisanos ictus et uulnera sentit
saucia, cristati transcurrit robora montis.
190 Pisani cunei dum totis nisibus instant
innumeros Mauros diuerso funere sternunt.
Iam quoque turba sequens ad portam uenerat arcis,
quam locus ille grauis tepido demonstrat ab Austro.
Hic Milo quendam quem Luciniensis alumnus
195 strauerat obstantem nudo transuerberat ense.
Armiger hic Erithonis fortiter hostibus instans
occubuit moriens saxi prostratus in ictu.
Inde, Saraceni postquam cum turribus altis
muros conscendunt et grandia saxa remittunt,
200 agmina tuta petunt quae sunt sita tecta sub urbe
solis ab occasu, qua plebs residebat inermis.

185 Murorum *R*
186 Lenti *Ugh.*
187 Ab *P*
188 Ictus] coetus *edd.*
190 Nisibus] uiribus *edd.*
194 Millo *P* · ...loquendam *edd.* Lucuniensis *edd.* Versus 194-195 desunt *Bov.*
qui punctis lacunam indicat.
195 Adstantem *Ugh. Mur.*
196 Guinithonis *Mur. Bov.*
201 Inarmis *Ugh. Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

Inde uiros puerosque trahunt matresque nurusque,
pannos et uestes de captis eruta tectis,
ruricolasque, domi tuta statione morantes
205 et de captura modicum uel nil meditantes,
more gregis pecudum captos ad litora ducunt.
Martius ex toto cursum compleuerat atque
Aprilis fuerat media iam parte peractus
cum, tepidis Zephyris saeuum uoluentibus aequor,
210 carbasa conuertunt nautae quo uota ferebant.
Quos dum praecipites uitreae uehit impetus undae
uentus anhelantes Baleae perduxit ad oras,
suspenduntque leues remis super aequora naues.
Interea Baleam geminas misere galeas
215 (Vberto genitus Lambertus consul in illis)
quae celeres adeunt portum de nomine Pini,
semimaremque uident seruantem litora regem
qua ueniant causa muliebri uoce rogantem.

204 Ruriculasque *codd. edd.*

205 Captiua *edd.* · medianes *B a. corr.*

206 Captum *P* · ductos *B*

209 Zephyris *P*

211 Vitrea *B* · uelut *Bov.*

212 Ventos *Ugh. Mig. Versum hunc iterat R, ubi legitur "uentis" in primo, "uentus" in altero.*

216 Picci *Ugh. Mur. Mig.*

217 Semianimemque *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

- Ast equites peditesque manent ad litus, et arcus
220 incassum tentos toto conamine flectunt.
Ipse iubet cessare suos et laedere nullum,
Alpheosque rogat tutos exire carinas.
Consul ad haec: "Est uestra fides male credula nobis,
"possumus unde minus nudis confidere uerbis.
225 "Nos damus ecce fidem quam non retinemus inanem,
"quaue data nostram si uult intrare carinam
"rex poterit, sua uerba loquens, sanusque redire".
"Iustius" ille refert "est regis credere dictis.
"Qui si quem iubeat solo sermone uenire
230 "tutior ire potest, cum constantissima regum
"singula uerba fluant. Dictis incredula uestris
"cernitur esse fides, quorum temptauimus artes.
"Si tamen e rebus quicquam uos sumere nostris
"uultis, in hoc portu tuta statione manete.

218 Muliebre *Bov.*
220 Tensos *Mur. Bov.*
222 Tutas *edd.* · carinam *B*
223 Vestra] uera *Ugh. Mur. Mig.*
225 Recinemus *P*
226 Si uult] tutus *P*
228 Regi credere uictis *edd.*
229 Cui *R B Ugh. Mur. Mig.* · cum *Bov.*
231 Verba fluant] uerba... *Bov.*
232 Arces *B Ugh. Mig. Bov.*
233 Quisquam *R*

LAVRENTII VERONENSIS

- 235 "Quaeque dari uobis mox regia cura iubebit".
"Ista suum" dixit consul "uocat insula regem
"te. Plures nostri stant sub moderamine iuris
"et Balea melior quaeuis consistit earum.
"Vestra fides nihil est. Machamatus ebrius ipsam
240 "edidit, at nostram sanctorum gloria Christus.
"Vnde satis melius nostris se credere posset
"simplicibus dictis quis cui sanissima mens est
"quam iuramentis ualeamus credere uestris".
Rector ad haec Baleae: "Nimium dubitare uideris
245 "et trepidas uano te concutiente timore.
"Sed ne turbentur bona quae tractanda uidentur
"et timor absistat, saltem per scripta loquamur,
"ut notum postquam fuerit quod poscitis ipsi,
"hoc complere queam quod gestit uestra uoluntas
250 "quatenus esse boni semper ualeamus amici".
Consul ait: "Socius scriptor quoque longius absunt.

235 Dare *Ugh. Mig.*
238 Quae ius *R*
239 Machamatus *Bov.*
242 Quae enim sanctissima *edd.*
244 Nimis *edd.*
245 *Deest, sed includitur post uersum 286 Bov.*
247 Absistat *B a. corr. · saltem edd.*
249 Explere *R · nostra Ugh. Mur.*
251 Ait] agit *P · absunt] absit R edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

"Ibimus, et nostros trutinantes pectore sensus
"ambo notis dabimus quodcumque decebit utrumque".
Mox efferre rates et in ordine ducere remos
255 praecepit nautis ualidasque ferire procellas.
Sicut aues quas penna leuis portare per auras
concessa leuitate solet, sic accelerantes
ad reliquas certant geminae remeare carinas.
Quas postquam pelagi solitus labor egit in unum,
260 intrauere tuos tutos Capraria portus,
inque Polentinos lux euehit altera fines.
Heroes Latios uallis didicere coloni,
qui fugiendo suas spoliarunt uictibus aedes,
linquentes uacuum gregibus pascentibus aruum.
265 Hinc Latios iuuenes inuita Minorica quamuis
suscepit. Praedam sparsi per rura gerebant.
Hos contra ueniunt equitum peditumque cateruae,
inque fugam uersos ad naues usque regyrant,

252 Nostro *Bov.*
253 Dicebit *P* docebit *Ugh. Mig.*
255 Percellas *Ugh.*
256 Pennas *B*
261 In qua *P*
263 Suos *Ugh.* · spoliauerunt *Ugh. Mig.*
265 Inuicta *edd.*
267 Nos *Ugh. Mig.*
268 Requirunt *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

et mittunt lapides in eos densasque sagittas,
270 quos neque permittunt portu remanere quietos.
Defuit esca uiris Latiis, pastumque dederunt
hae quas rus habuit uulsae radicitus herbae.
Vtque famem nequeunt heroes ferre marini,
dimittunt Baleas statuuntque redire Pyrenem,
275 nam suspectus erat de prodicione tyrannus,
qua re mens ad eum redeundi nulla manebat.
Aeolus interea dirum de carcere uentum
soluit et immitem (nomen fuit Africus illi)
albetes faciens has quas crispauerat undas.
280 Intumuitque fretum, turbauerat aura profundum,
diuisitque duas tempestas ipsa galeas,
quas satis in toto fleuerunt agmina campo.
Ascensus Petrus nauclerius exstitit isti,
filius Alberti fuit Vgo praeditus illi,

270 Quos neque] et non *P*

271 Latus *B*

272 Haec *edd.*

273 Vtque famem] usque Camoena *Ugh. Mig.* utque... nequeunt *Mur.* famem...

Bov. · heroes] equites plus *P* hereos *Ugh. Mig.*

274 Paleas *edd.* · Pirenem *Ugh.* *Hunc uersum sic habet P:*

ad Barchinonam statuunt conuertere cursum

278 Inmiti *edd.*

282 Quas satis] quassata *edd.*

283 Ascendit *R B edd.* · Nuclerius *edd.*

284 Alderti *Mig.* · illis *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

- 285 quae 'Mare Manducans' uulgo fuerat uocitata,
cuius praesculptum gestabat prora draconem.
Portibus ast alias susceperat insula puppes.
Tempus ut admonuit, uenti residente furore,
pertentant iterum uitreas sulcare procellas
290 nam transire fretum communia uota monebant.
Postquam laeta dies illos ad litora duxit
narrantes casus tantique pericla laboris,
nuntia uictrices mittunt felicia Pisae
quae cursu propero binae duxere galeae,
295 tripudiare quibus laetae coepere phalanges.
Vnam ni fallor tecum Maceline gubernat
consocius Guido, qui Presbyter est uocitatus,
rexerat ast aliam laudati cura Baronis.
Ad Catalanenses postquam ratis utraque ripas
300 uenerat, et belli narrantur utrimque paratus,
uenturosque cito socios dixere liturae,

285 Qua *edd.* · uocitatum *Mur. Bov.*
290 Nam] iam *R B edd.* · manebant *Ugh. Bov.*
291 Laeta] orta *edd.*
294 Proprio *P*
296 Vnam] nam *P* · Macelline *B* Marcelline *edd.*
297 Presbiter *P*
298 Laudato *Ugh. Mig.*
299 Vterque *B*
300 Vtrumque *P*

LAVRENTII VERONENSIS

Romana missus uenit legatus ab urbe
Boso pater, sancta reuerendus religione,
et domino papae uirtutum culmine carus.
305 Tunc et apostolici postquam benedictio cunctis
dicta fuit populis, tendunt ad sidera palmas,
et Dominum caeli pleno cum pectore laudant
ut dignetur eis tantum saluare magistrum,
militiae per quem benedictio caelica fertur,
310 ac coniungit eis socios sancti famulatus.
Non aliis uotis patres populusque Quiritum
aspexere suos ciuilia iura ferentes
lata decem tabulis cum sunt primordia legis.
Frigoribus lapsis, redeunt ad laeta calores
315 tempora, lene fretum placida dstringitur aura,
et ualidae classis pars Sarni ducta per undas
aduehitur, propriis transcurrens nisibus Austros,
atque resistentes superans cum fluctibus auras.

301 Socio *R*
305 Apostolica *Bov.*
308 Vi] qui *P*
310 Ac coniungit] accingit *B*
312 Aspexre *R a. corr.*
314 Calorem *B caloris edd.*
315 Distinguitur *P*
316 Arni *edd.*
317 Aduerhit properos *edd.* · nisibus] nimbus in *R edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

- Vrbs igitur Ianuae celeres mirata paratus
320 liuida demisso spectabat carbasa uultu.
Massiliae tandem leuibus comitantibus auris
intrauere sinus missa post terga Lirino
bis quadraginta sulcantes aequora prorae.
Iam quas praecipites Rhodani uehit impetus undas
325 scandere festinat multo cum robore classis.
Diuitiis Arelas pollens hanc sumptibus implet,
usque Magalonam rapidus quam propulit Eurus.
Aeoliis Boreas tandem procedit ab antris
et famulatur ei totus cum nubibus aer.
330 Arripit unda rates, uentoque ferente secundo
in Catalanensi consistunt litore puppes.
Fratris frater habet positos in colla lacertos,
amplexumque dato, dans oscula iuncta uicissim,
quid cari faciant, uitae solacia quaerit.

320 Dimisso *B*
321 Comitibus *P*
322 Misso *codd. Bov. missae Ugh. Mur. Mig.*
324 Rhodam *Ugh. Mur. Mig.* · praecipitis uelut *Bov.*
327 Protulit *R Ugh. Mur. Bov.*
328 Eolus *B*
331 Catalanensi *R*
332 *Sic habet P:*
fratribus occurrunt fratres natisque parentes
333 Dans] post *P*
334 Quaerunt *P*

LAVRENTII VERONENSIS

- 335 Gaudia non fuerant matronis tanta Sabinis
cum processerunt coram genitoribus olim
natos Romulea gestantes gente creatos,
uota patrum natos quanta pietate tenebant
et nati quantum placidos strinxere parentes
340 et quantum fratrum tenuerunt colla lacerti.
Visibus Alpei carorum laetificati
ducere robusto coeperunt gaudia motu.
Cumque suo cursu Maius uel Iunius essent
ecce Dodo consul castris accessit et Azo
345 quos cum tripudio cunctae uidere cohortes.
Sedis apostolicae missas a patre salutes
constanti tum uoce ferunt, seriemque laborum
qua tardi ueniant dicunt et in ordine causas.
Tum coetum tenere patres. Papalia iussa
350 Boso pater peragens praecepit ab omnipotentis
inuictique Dei qui condidit omnia parte,
perque pii Petri sacrosanctos famulatus
-

335 Matronis] nationis *Ugh. Mur. Mig.* nationi *Bov.* · Sabinae *Mur. Bov.*

336 Praecesserunt *edd.*

338 Tenebat *P*

339 Pacidos *P a. corr.*

343 Vel] et *Bov.* · issent *R B*

344 Atho *codd. edd.*

348 Quod *edd.* et in] *ex edd.*

349 Caercum *P centum R edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

et domini papae Paschalis in Vrbe secundi,
ut Christi famulos, per quos pia signa tulerunt,
355 quos baptisma facit Domini quoque regula fratres,
eruat a saeuis fratrum pia cura catenis.
Talia cunctorum coetus turmaeque probantes
intrauere rates pelagus sulcare paratas,
quas tunc quingentas numerarunt scripta carinas.
360 Praesul Pisanus, quem maxima cura trahebat
ad captiuatos acies perducere fratres,
uela dedit pelago primus, transitque Salodon.
Hinc ad Dertosae fluuium peruenit Hiberum
huius militiae primus quia signa leuauit
365 Pisanosque duces tantos animauit in actus.
Tota sequendo patrem classis comitatur euntem
nongentos equites undosa per aequora portans.
Replet Hiberus aquis classem. Socialia pacta
cum ducibus proceres firmant firmataque iurant.
370 Lapsaque iam fuerat paucorum meta dierum

352 Proque *Ugh. Mur.*
355 Baptissima *Ugh.*
358 Pelagum *edd.* · paratae *Ugh. Mur. Mig.*
361 Ad captiuatos] mox ad captiuas *edd.*
362 Pelagio *Ugh.* · Saladon *edd.*
365 Pisanusque *B*
368 Socialia] solatia *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

- cum dare uela parant uentis Aquilone leuatis.
Ardua sed postquam sudantes aequora pulsant,
lenior ingressas pontum uehit aura carinas
nocte quibus tota cursus dedit illa secundos.
375 Sol erat incipiens per iter conscendere caeli
quando Colubrarem uiderunt agmina Montem,
cui, quibus est plenus, nomen tribuere colubrae.
Accelerant. Latet hic, cum mox saxosa uidetur
insula Tirenis quae circumcingitur undis
380 spectans Hesperium lapidoso uertice litus.
Hanc Ebusum memorant. Vrbi dedit insula nomen.
Portus in hac magnus (Magnum uicinia dicit),
qui ualet innumeras spatii seruare carinas,
cernitur Hispanae de partibus esse Dianae.
385 Hinc tenet illa caput quo fert sua plaustra Bootes,
pandit in occiduum dextrum latus insula solem,
-

370 Fuerant *R B*
371 Aquilonis obortis *edd.*
372 Sudantes] laborantes *P*
375 Per iter] pariter *B*
377 Cui] cum *edd.*
379 Tyrrhenis *edd.*
380 Hesperum *P*
381 Huic *Mur. Bov.* · dedit] de *Ugh. Mig.*
382 Hoc *Ugh. Mur. Mig.*
385 Capud *B* · fret *P*
386 Hociduum *B a. corr.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

atque latus reliquum surgentis solis ab axe,
quique nec occasum nec prorsus spectat ad Austrum
occiduas finem non recte gestat in oras.

- 390 Cunctaque saxosi cingunt campestria montes,
germinat innumeras herbas cum fructibus aruum,
mel satis, et dulces fluitant e fontibus haustus.
Ordea multa gerit, uites quoque terra feraces.
Finis ad occiduas qui non bene respicit oras
- 395 mille quater passus Ebusina distat ab urbe.
Eximii colles, plani spectacula campi,
intrepidat arces et moenia tuta dederunt.
Vnda sinum grandem, gelidam quae spectat ad Arcton,
quaeque superstat ei duplex dedit insula portum.
- 400 Circumquaque fluunt latices e fontibus orti
dulcibus, herba uiret, calami, iuncique palustres.
Celsior a medio porrectus in aera collis
eximias altis habuit cum turribus arces.
Ardua sed triplices circumdant moenia muri.

387 Asse *B*
389 Horis *B*
392 Mel] uel *edd.* · fluctant *edd.*
393 Quoque terras *Ugh.* terrasque *Mig.*
396 Plana *Ugh. Mig.*
400-401 *Ordinem transposuit B*
401 Ducibus *P a. corr.*
404 Mari *Ugh. Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

- 405 Subsistunt muris foueae de monte cauatae.
Ista duo et denas habuerunt moenia turre.
Arcus ab his quantum poterit portare sagittam
turrigeri stabant montano robore muri.
Difficiles aditus praebebant inuia saxa.
- 410 Hinc quantum forti bis missile mittitur arcu
cernitur exterior descriptae circulus urbis,
turribus et forti circumdata moenia muro,
cuius fossa triplex immania robora cingit.
Fossa redundat aquis quas attribuere paludes.
- 415 Urbis et in summo fuit arx a partibus Austri.
Mons foris aequoreae pulsatus uiribus undae,
iuxta quem dederant largos sinuamina portus.
Altera pars montis, quae nempe recisa uidetur
solis ab occasu, foueas descendit ad imas.
- 420 Inde suburbanas descendens aspicit aedes.
Sed triplices foueae gelida non prorsus ab Arcto
usque tenent portum, pontusque tuetur ab Euro
-

406 Ista] lata *edd.*
408 Turigeri *R*
409 Praebebant *P*
412 Forte *P*
413 Immania *Ugh. Mig.* · lingit *Ugh. Mur. Bov.*
415 Ars *B P* · patribus *P a. corr.*
417 Longos *edd.*
421 Triplicis *Ugh.* · arco *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER TERTIVS

moenia cum grandi posito super aequora saxo.
Erectum paries saxum secernit ab urbe.
425 Incipit a portu, protensus desinit illic
quo mons praeruptus subiectas spectat in undas.
Turriger hinc murus summas ascendit ad arces
duplex, et triplici tutus munimine fossae.
Bozeae flores et flores gentis Hiberæ
430 tutantur ualidis Ebusinam uiribus urbem.
Huius militiae princeps a rege secundus
fertur Abulmunzer, fuerat cui tradita terra.
Vir fuit ille ferox, captiuus ab urbe Girunda,
qui post se uersus, Christi baptismam negando,
435 uernula fit Satanae quo non crudelior ullus.

422 Portum *R a. corr.* pontum *B P* pontem *edd.* · pontoque *Mur. Bov.* · tuentur
et *Mur. Bov.*
425 Protentus *Bov.*
426 Quos *Ugh.* · mons] monet *B* · subiecta *B*
427 Muris *P*
429 Bogaeae *Mur. Mig. Bov.*
432 Abulmurçer *B* Abulmunzor *edd.*
433 Feros *P* · Gerunda *edd.*
434 Posse *R* posset *Ugh. Mig.* · postquam uerum Christi baptismam negauit
emendauerunt Mur. Bov.
435 Vernula fuit *Ugh. Mig.* uerna fuit *Mur Bov.* · usus *B*
Explicit liber tertius *R B edd.*

LIBER QVARTVS

Nox erat incipiens, praecesserat Hesperus astra.
Alpheae uenere rates. Ebusina iuuentus
inter consaectos stabat densissima muros.
Bucina repletur flatu, lituique tubaeque.

5 Tota sonat classis, conclamant ciuis et hospes,
sed Latia superat clamor de gente leuatus.
Spicula crebra ferunt missos a moenibus ignes.
Phoebus ab aequorea postquam processerat unda
clarueratque dies, populis pugnantibus aptus,
10 circumstant acies, ponuntur in ordine castra.
Plurima uallis habet tentoria, plurima collis.
Transcurrit campos celeris Pisana iuuentus
inuaditque suos non pigris gressibus hostes.
Saxa uolant ritu pluuiae de turribus altis,
15 tela sudesque terunt propiores moenibus hostes.

Incipit liber quartus *B* Incipit quartus *R* *edd.*

3 Conceptos *P* conceptos *R B*

4 Lituusque *Bov.*

7 Ferunt] ferrum *R*

11 Habet] erat *B*

15 Fudesque *Bov.* · propioses *P a. corr.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVARTVS

- Difficiles aditus per dura pericula fossae
Pisanae subeunt acies, portisque sub ipsis
non trepidant gladiis duros concidere Mauros.
Ardescunt animi. Pugnantes comminus instant.
- 20 Ictibus assiduis clipei galeaeque teruntur
nec prohibere ualet thorax penetrantia tela:
uulnus et interitus passim sanguisque redundant.
Nox postquam ueniens feruentia bella diremit
in sua Pisani redeunt tentoria fessi.
- 25 Sed remeante die turmisque petentibus arma
machina construitur sapientum uiribus acta
artificum, turrens feriens quae dissipet altas.
Tunc aries cratesque simul sunt addita muris,
plena uiris etiam per uallum uinea serpit,
- 30 qui uario nisu perstringere robora temptant.
Obsita stat garabis protectis pontica ripa
e quibus armatae properant ad bella cohortes.
Dant animi uires. Media Mars saeuit in unda,

18 Muros *edd.*
21 Valeat *P a. corr.*
24 Fensi *B*
27 Dissipat *edd.*
28 Gratesque *RB*
32 E] et *Ugh. Mig.*
33 Mar *B a. corr.*

LAVRENTII VERONENSIS

nec tenet unda uiros. Medio stant agmina fluctu
35 innumerisque patent hominum discrimina telis.
Lis geritur gladiis, pugnae furit anxius ardor
turrigeraeque petunt muralia robora naues.
Bartolot Anfossusque simul rapiuntur in undas,
nec uitant ictus, sed plana per aequora Mauros
40 duriter obstantes iaculata cuspide sternunt.
Huc Opitho uirtute potens mox flectit habenas
et Maurum peditem media transfigit in unda.
Altus Parlasii Petrus atque Bono generosus
Guido satus iaciunt hastas, mucronibus inde
45 concidunt Mauros: densantur ab urbe sagittae,
arcitenensque sagax per uisus figit utrumque.
At de classe uiri positum super aequora murum
poscunt et celsas inuadunt agmina turre.
Transiliunt fossas alii: properantius addunt
50 ad conscendendum muri super ardua scalas.
Proiciunt lapides iaculantes tela sudisque

35 Discrimine *P*

38 Bartolus *Mur. Bov.* · Anfonsusque *B*

39 Muros *Ugh. Mig. muris Mur. Bov.*

40 Abstantes *Mur. Bov.*

44 Fatus *Bov.* · istas *P*

47 At *P* et *cett.*

48 Tures *P*

49 Properantius *B*

86

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVARTVS

de muris Mauri, Pisanaque robora pellunt.
Tunc instant acies donec sol feruidus ipsas
aestibus accensas cogit sua castra subire.
55 Interea turrim faciunt, solitasque per artes
unaquaque die muros et moenia frangunt.
Arripit Alpheos belli uiolenta cupido,
et latas intrant pugnantes undique fossas:
tunc demum iuuenes subeuntes moenia quinque
60 Maurorum cuneos uiolentis uiribus urgent.
Hi contra iaciunt lapides et tela: fugaces
quattuor ex illis facti, transcurrere saltu
non dubitant aditus, quintusque remansit in illis,
Pipini natus, socii quem deseruerunt.
65 Quid faceret? uel cuius opem pugnando rogaret?
Prociunt lapides in eum de turribus altis:
a scapulis murus, contra quem plurimus hostis.
Figitur innumeris telis uariisque sagittis.
More uiri pugnat quindenis natus ab annis,
70 in se conuersos sternitque uiriliter hostes.

51 Fudesque *Bov.*
53 Tunc] et *R edd.*
58 Latas] latera *B*
60 Violentis uiribus] animis uiolentibus *P*
61 Et] qui *edd.*
69 Pignant *B*

LAVRENTII VERONENSIS

Cum tamen illorum nimius petit impetus ipsum
corrui, et pariter perdit cum sanguine flatum.
Innumeri subeunt membris puerilibus enses:
Mauri laetantur, socii stant caede dolentes.
75 Exercetque suos dum gens Pisana labores,
tormentum mirum labentis solis ab axe
quod longo tractu muralia robora poscat
fecit Oriciades, simul et testudinis artem.
Actus in hac aries murales sternere cursus
80 nititur, et penetrat impulsu perpete muros.
Ast Ebusitanis non est ad proelia dispar
ingenium. Totas dant in certamina uires,
cumque suas faciunt non aequis uiribus artes,
Pisanos temptant penitus confringere nisus.
85 Dum magni lapides, quos ardua machina portat,
immensam certant muris conferre ruinam,
protegitur murus pannis latisque tapetis
et turres habuere sui munimina restes,

71 Dum *P*

72 Perdit cum sanguine flatum] fundit cum sanguine uitam *edd.*

79 Actus] ictus *B* laetus *R* *edd.*

80 Praepete *edd.*

82 Artamina *Bov.*

83 Dumque *P*

84 Visus *Ugh. Mig.*

86 Inferre *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVARTVS

fulcraque collatae luserunt saepius ictus
90 molis, et oppositae texerunt cetera crates.
Sicut aues reparant nidos quos destruit aura,
cum tremulos uenti uis concutit aere ramos,
sic Ebusitani muros ac moenia cuncta
solliciti reparare student, praesentia quorum
95 assidue uigili seruat sua robora cura.
Fecerat in muro plures testudo fenestras,
cuius Oriciadae formam construxerat astus.
Iam quoque casuram credebant agmina turrem,
cum cessare iubent patres testudinis actus,
100 electi donec iuuenes mittantur in illam,
qui captam teneant summis cum uiribus urbem.
Sancte tuum festum Victor laudabile multum
forte celebrabat mundus, Praxes super astra
quando leuata fuit martyr uirgoque decora.
105 Luce sub hac cursus medios iam Phoebus agebat,

88 Vestes *edd.*
89 Fullona allatae *Bov.*
90 Appositae *edd.*
95 Seruat] tenuat *edd.*
96 Miro *P*
98 Quoque] quorum *P* · turrim *P* *edd.*
99 Ictus *Mur. Bov.*
103 Praxes] Pianos *edd.*
104 Virginqe *P*

LAVRENTII VERONENSIS

aestus erat grandis: tecum rogittasse putatur
caelica turba Deum. Pisanus praesul et omnis
firmiter orabat sancto cum praesule clerus,
quatenus ipse suis pugnantibus auxilietur.
110 Diuinas aures tantos audisse rogatus
creditur, et fusas lacrimas monuisse Tonantem.
Deuiat esse Dei quisquis tales negat actus
et pro posse suo non laudat Cunctipotentem.
Extimplo medium dum carperet aethera Titan,
115 mota fuit turris grauiter ceciditque patenter.
Intremuit locus et puluis uicina repleuit.
Inconsumpta iacent mensis conuiuia. Feruet
prorsus ad introitum Latius seu Gallicus hospes.
Vgo qui Pisis comitum uice praeditus exstat,
120 et Dodo Teperti clarus per proelia natus,
ac Guinithoniades animis decoratus et actis,
et Catalanensis quidam bene promptus in armis,
a portu pariter per portas ingredientes,

106 Putetur *P*

110 Diuinos (diuinus *Bov.*)... tantos *edd.*

111 Fusae lacrimae *P*

114 Exemplo *P* extemplo *edd.* · medius *Bov.* · Tinta *B*

117 Feruet] fertur *Ugh. Mig.* · tentant *Mur. Bov.*

118 Prorsus introitum *Ugh. Mig.* protinus introitum *Mur. Bov.* · Latius seu] latussseu *P*

121 Cinithoniades *P* Cunithoniades *R* Cunithomades *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVARTVS

inuadunt Ebusum, sternunt feriuntque feroces
125 uiribus et perimunt laetis successibus hostes.
Qualiter armentum tigres per rura sequuntur
quando potenter eas ieiunia longa coercent,
haud secus heroum gladiis pagana fugantur
agmina. Tunc reliquis succurrunt undique turmae
130 nulli parcentes: sexus iugulantur et aetas.
Hinc aditum quemdam retinebant Ismaelitae.
Maurus ibi pugnabat atrox metuendus in armis,
et ferus accessus cunctis prohibere putabat:
erigit Ildebrandus in hunc Eufraxius ensem
135 cedentemque uirum mirando recidit in ictu.
Qui per rupturas intrarunt denique muri
barbara concidunt fugientum corpora ferro.
Tunc percussa cadit gladiis Ebusina iuuentus:
hic caput atque manus, illic sunt crura pedesque,

124 Feriuntque feroces] uiolentibus hostes *P*
125 Hostes] illos *P*
127 Quando potenter] cum uiolenter *P*
129 Reliqui *B* reliquae *P*
130 Pacentes *P*
131 Hic *B*
133 Serus *Mig.* · accessum *Mur. Bov.*
134 Ildeprandus *R B edd.* · Enfraxius *edd.*
135 Cendentemque uirum *P* caedentem mirum *edd.*
139 Cura *P*

LAVRENTII VERONENSIS

- 140 quaque pedem faceres hominum prosecta iacebant
eruta corporibus. Morientum milia calcant
belligeri cunei, sed qui de caede supersunt
ascendunt medios inter duo robora muros.
Altera turba ruens fugit ad sublimia saxa
145 quae suprafati spectantia diximus aequor.
Inde ruunt partim, partim truncantur, et illinc
rupibus e summis salsas iaciuntur in undas:
hic Malus est Saltus quem Mauri tunc didicere.
Qui non fugerunt, saxosis ictibus et non
150 continuere manus, de muris praecipitati
undique confracti media iacuere platea.
Declinat medios dum Titan aethere cursus
pugnantesque uiros et feruidus aestus agebat
urbs ubi prima fuit diuino uicta uigore.
155 Altera uictores ueniunt ad moenia, portas
et superos aditus perstringere Marte laborant.

140 Pedes *Bov.* · proiecta *edd.* · iacebat *Mur. Bov.*
141 Morientium *P*
144 *A B*
145 Dissimus *B*
147 Et *B*
149 Saxosis *P*
151 Iacere *Bov.*
152 In aethere *R B* in aequore *edd.*
156 Perfringere *P edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVARTVS

Multisoni resonant uariis umbonibus ictus,
saxa uolant, missaeque pluunt utrimque sagittae.
Hortantur proceres pugnantes fortiter alas.
160 Vtraque turba fremit, penetrant ad sidera uoces.
Ascendunt geminas dum pugnant agmina turre
et superare putant reliquam uelocius urbem.
Accurrens Ebusina cohors uiolentius hostem
impetit, et saxis, telis sudibusque repellit,
165 perque cohaerentes cogit descendere scalas.
Postquam bella uiris in nullo commoda praestant,
mox sua castra mouent, et barbara tecta subintrant.
Sed defunctorum ne corrumpantur odore
traditur extinctus flammis crepitantibus hostis.
170 Postera lux oritur, consurgentesque cateruae
tendunt in reliquam studiis ardentibus urbem.
Nocte dieque suas exercent fortiter artes.
Lux octaua redit, turre feriendo reclinat
machina, testudo perfringit sedula muros.
175 Tum nox transierat vicinae proxima luci,

157 lambonibus *R B rambonibus edd.* · ictus] usus *edd.*
158 Vtrumque *P*
159 Hortatur *P*
164 Fudibusue *Bov.*
172 Arces *B*
175 Cum *R edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

Aurorae patuere fores Phoebusque redibat:
protinus ascendunt super altas agmina turre.
barbara turba pauet celsasque recurrit ad arces.
Alpheus populus defuncta cadauera calcans
180 hostiles cuneos gladio prosternit et hasta.
Dumque satis properant super ardua ducere castrum
moenia, Dominici sollers quod cura parauit,
telorum nimbi summa mittuntur ab arce
Sarnicolasque super uolitant ingentia saxa.
185 Sed Christi pietas diuinaque gratia quantum
in se sperantes semper sustentat et auget
humanae nequeunt ad plenum dicere linguae.
Nam Christi facto, qui noscitur omnia posse,
Victoris festo, qui primam uicerat urbem,
190 huius in octaua meruit superare secundam
Pisanus populus semper confisus in ipso.
Victores tandem captum retinere laborant
et seruare locum. Patres deducere castra

178 Celsaque *P*
184 Ingentia saxa| ingentia... *Ugh. Mur. Mig.*
187 Nequeant *R Ugh. Mig.*
188 Nam Christi] eius enim *P*
190 Eius *P*
192 Captos *edd.*
193 Casta *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVARTVS

circumquaque iubent. Parent, sed et obsidionem
195 moenibus inclusis omnes uicinius addunt.
Nulla quies cuiquam tenebris uel luce dabatur.
Turres tormentis altas murosque petebant,
quaeque graues longe dimittit machina moles,
moenia celsa petens, portabat ad usque fenestras
200 cautes, internas sternendo saepius aedes.
Vicusque malus cui non erat agmine compar
sublimem tractus crebro feriebat in aulam,
nunc ultra turres lapides portabat et infra
et de sacrilegis faciebat saepe ruinam.
205 Talibus et reliquis populus Pisanus agebat
artibus, et duros temptabat uincere casus.
Tum Guido Rubeus simul et Catalanicus heros
incassum missas non direxere sagittas.
Hae contra Mauri bellantia saepe petebant

194 Sed et] sed *R B* ast *edd.*

196 Tenebras *P*

197 Turresi *P* · patebant *B*

199 Fenestra *Mig.*

200 Cantes *Bov.*

201 Agmina *P*

202 Feruebat *R B edd.*

207 Tam *P* · Vido *P* · Rebeus *Bov.* · simul et] quam *P* · Catalanicus]
Cartanalicus *B* Barchinonicus *P*

208 Sagittat *P*

209 Hae] et *B*

LAVRENTII VERONENSIS

- 210 agmina, non parili facientes proelia dextra.
Saeuus Abulmunzer, super ardua moenia demum
assistens, fractam defixo lumine turrim
spectabat tristis. Casu sinuauerat arcum
Villano genitus, qui mittens spicula contra
215 spectantem medio defixit gutture Maurum.
Iurarat pridem per iura Machamatis ille
incolumem cuiquam se numquam reddere terram.
Tunc sibi subiecti suaserunt talia ciues:
"De iuramento nulla ratione teneri
220 "te nuper facto fusi docuere cruores,
"sanus enim non est cui figunt spicula guttur.
"Ergo tui compos citius fac deditionem,
"et te nobiscum pariter de funere serua".
Annuerat princeps dictis precibusque suorum:
225 mittitur Alpheis ducibus qui nuntiet ista.
Forma placet pacti Pisanis, protinus illi
nil dubitando uiri sine condicione dederunt
omnia se pariter mortis terrore remoto.

211 Abulmunzor *edd.* · moecha *P*

212 Factam *B*

216 Iurauit *Ugh. Mig.* iurauitque *Mur. Bov.*

220 Te] de *R B edd.*

224 Annuerat] motus erat *edd.*

227 Sane *P a. corr.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVARTVS

Tunc pie Laurenti mundus tua festa colebat,
230 (te venerande Deum placido mouisse rogatu
autumat Ecclesiae populus, creduntque fideles)
cum uexilla super posuerunt agmina turres.
Ter Domino laudes totum cantauerat agmen,
cornicinumque dabant uoces lituique tubaeque,
235 tinnitusque pios resonantia signa tulerunt.
Conscendunt proceres summas properantius arces,
ac commune iubent spoliū properanter in unum
accumulare locum. Turres et moenia cuncta
certatim sternunt auidi terraeque coaequant.
240 Transierant bis sex rapida uertigine menses,
et celer actus erat uariis sudoribus annus.
Tempus erat quo ferre soles Auguste racemos
cum citius solito potarunt agmina mustum,
sedarantque patres coeptas cum litibus iras
245 quas praedatorum tumidi mouere furores.
Vulgus ab introitu captae regionis, et ante

228 Se pariter] seque simul *P*

230 Monuisse *P*

237 *Deest hic uersus P* · at *edd.* · properantur *B*

239 Terraeque] turresque *R B edd.*

240 Transierat *P*

243 Potarant *B* portarant *R* portarunt *edd.*

244 Sedarantque] declarantque *R B edd.* · partes *Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

quam populus quicquam superaret bellicus urbis,
collectam passim praedam de rure trahebat,
dumque uiri fortes muris tormenta pararent,
250 ignauum uulgus studium fornacis agebat.
O quantis studiis panes uenduntur et illud
unde monetati replent marsupia nummi!
Post haec ex spoliis, quae comportarat in unum
Alpheus populus, mouet anxia turba susurros
255 et repetit partes. Partiri capta recusant
hi quibus interius lacerat Maiorica mentes,
neue moram facerent, spoliis retinentibus illos
partibus, in tutas praedam posuere carinas.
Soluuntur classes, freta remis eruta spumant,
260 uela tument Zephyris, liquidas rapit aura procellas:
adueniunt Baleam Latii comitatus et illi
qui propter Baleam caelestia signa tulerunt.
Est sinus haud modicus, Baleae de partibus Austri,

249 Muros *P a. corr.*
250 Ignarum *edd.*
253 Expoliis *codd.* · quem *B*
255 Captas *P* · recusat *edd.*
257 Spoliis *edd.* · illis *Mur. Bov.*
258 Tutis *Mur. Bov.* · carinae *Mur. Bov.*
261 Balaam *Mig.*
262 Balaam *Mig.*
263 Sinus] finis *edd.* · Balea *Ugh. Mig.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVARTVS

- portus instar habens, ubi cornua bina uidentur
265 per bis mille decem quae sunt distantia passus.
Replet utrumque latus Libyco de litore raptus
pontus et Arctoas finem distendit in oras.
Quoque facit finem sinus hic, de parte sinistra,
urbs antiqua fuit raris habitata colonis.
270 Inde ferae gentes ab Hiberis finibus actae
nauigio celeri, duce praecedente Moalfac,
Christicolis pulsus plures posuere penates
hic, ubi lata stetit celsis Maiorica muris.
Insula distat ab hac breuis ut per milia quinque,
275 quae complexa sinu laeuae stat proxima terrae.
Portus ad hanc latus, Rodum uicinia dicit.
Vrbis ab hac possunt sublimia moenia cerni,
ob quam Pisani tantos habuere labores.
Illa dies laetis populis octaua refulsit
280 in qua felicem matrem super astra recepit
virgineus partus, de qua Deus est homo factus,
parua uenientes qua congregat insula puppes.

268 Quod facit *R B* quod ponit *Ugh. Mig.* quoque ponit *Mur. Bov.*
270 Vnde *B edd.* · Hiberes *P*
274 Vt] et *Mur. Bov.*
275 Amplessa *B*
276 Ab hanc *B* in hac *P* · Rhodum *edd.*
277 Hoc *Mur. Bov.* · sublimi *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

Luxque sequens fuit haec qua Christus morte resurgens
in mundo genitis uitam dedit atque salutem.
285 Hac de plebe uiri, latices haurire uolendo,
nauibus egressi per rus gradiuntur inermes.
Ast equites regionis erant in ualle latentes,
qui peditum plures incautos aggredientes
truncarunt gladio, quosdam cepere, suisque
290 duriter adstrictos secum duxere capistris.
Hinc cum consulibus proceres tristantur et omnes.
Tum Petrus antistes populos hortatus: "Ad istos
"Tartareos aditus properauit uestra uoluntas
—dixit, et ostendit Balearica moenia dextra—.
295 "Captus ibi factor uester pius atque creator
"dicitur in membris. Quis non pugnabit, ut ipsum
"eruat, ipsa licet mortem sibi bella minentur?
"Vos tamen in bello letum nolite timere,
"non nisi pro bello uitae quia poscitur auctor
300 "atque dator, uitae cunctis qui praeparat usum,
"et qui pro nobis crucis est in stipite fixus.
"Cum captis captus nunc permanet atque ligatus,
"ut det opem uinctis, trahat et de nexibus ipsos.

292 Hortatur ad ista *edd.*
295 Factor] fateor *Ugh. Mur. Mig.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVARTVS

“Qui captum Dominum pugnamue relinquit agentem
305 “iuste damnatur, digne priuatur honore,
“et manet infamis semotus ab urbe foroque.”
Hoc et Boso pater, praesul quoque Calaritanus
comparibus uerbis lacrimisque fluentibus addunt.
His dictis, sedet in transtris festina iuuentus
310 et placidas molitur aquas. In carbasa uentus
perflat, et amotis sulcatur nauibus aequor.
Non uolucres tanta pennae leuitate feruntur
quanta rates leuitas pacata per aequora uectat.
Miratur Baleae populus candentia uela,
315 et defixa tenens in classem torua tyrannus
lumina dat lacrimas magno cogente dolore.
Inde metum reprimens quotquot rexisse putatur
permixti sexus educit ab urbe cateruas,
ut late uisus uenientes terreat hostes.
320 Totque licet turmas sparsas per rura uiderent,
audaces quorum commouerat insula mentes,
haud trepidare ualent, quos spes praeclara fouebat.
Pinea silua fuit qua lata patebat arena

307 Canalitanus *P* Carralitanus *R B Ugh. Mig.*
311 Sulcantur *Ugh.*
313 Vectet *P a. corr.*
319 Vt] ac *R*

LAVRENTII VERONENSIS

a muris Baleae ceu per sex milia distans,
325 ex qua parte suo Titan petit aethera curru,
cui palus et pontus geminum latus arguit unda:
ortus et occasus nemoralia rura petenti
siccum dant aditum. Loca Ramora commemorantur
siue Forenna (quidem plures dixere Catinos).
330 Hic ubi plana citae tenuerunt litora prorae,
educunt properanter equos, properantius arma
sumit et ignotae lustrat loca cernua terrae
bellator populus, quem iustior ira mouebat.
Qui sibi commissas aliquas habuere cohortes
335 dispositas ipsas sectari signa iubebant.
Post haec regis eques rarus progressus ab urbe
iam castris positum uidit de collibus agmen.
Quem Pisanorum rapidus comitatus equestris
ipsum dulcis aquae fugat usque secutus arenas,
340 qui torrens Luidis solet in regione uocari.
Nox redit, excubias faciunt uigilantia castra,

324 Seu *Bov.*

326 Cuius *Ugh. Mig.* · geminum arguit unda recessum *edd.*

327 Memorabilia *B*

328 Siccum] siuum *Ugh. Mig.* tutum *Mur. Bov.* · commemoratur *Ugh.*

329 Torennā *Bov.* · Catinos] Latini *Bov.*

330 Litora] aequora *edd.*

334 Qui sibi] quis *B*

339 Atque *R*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVARTVS

eximiamque satis fulgentia sidera noctem
reddunt. Signa polus demonstrat nocte sub illa:
stella cadens diuisa comas per mille uidetur,
345 dispersum Baleae signat diuisio regnum.
"Ad Baleam —clamat populus—, nos sidus ad illam
"crintum properare monet. Properate potentes!
"Est superare datum nobis Balearica regna.
"Sideris in Baleam radios cecidisse uidetis."
350 Lux rediens fuerat qua sancti Bartholomaei
festa celebrabat lati deuotio mundi.
Purpureus Titan radiis fulgebat, et aura
nulla fuit, quasi lac placidi maris unda iacebat.
Immotae uentis frondes uolucresque quieti
355 cantus uoce dabant, resonabant intima siluae.
Admonet Alpheos ductor rectorque Pyrenes
ordinibus factis aliquantum castra mouere,
quemque sequi sua signa monet. "Sit promptus in armis
"qui cupit alterius —dixit— conquirere fines".
360 Paruit haud monitis istis audissima belli

346 Sictus *P*

347 Properare *R B edd.* · potenter *edd.*

353 Placebat *B*

354 [immotae] in monte *B*

354-355 *Desunt in edd.*

356 Alpheus *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

gens, et torrentis modo dicti transiit ora
classis, et ad campos uicinos moenibus urbis
plenus egressae fixerunt castra cohortes.

360 Haud] et *Bov.*
361 Torrentes *P a. corr.* . oras *Bov.*
Explicit liber quartus *R B edd.*

LIBER QVINTVS

Spectabant acies auidae certamine Martis
unde suum quisquis pugnans concurrat in hostem.
Barbaricus campus Mauris dirisque nigellis
densus erat: clipeos alii tenuere rotundos,
5 pars adoperta fuit captis Latialibus armis
tunc cum Pisanas quondam piratica cepit
turba rates, monstratque suos gens torua uigores.
Hinc tunc procedens natus Bellominis Vgo
Maurethusque simul gyro rapiuntur equestri
10 primaque Maurorum cuneos ad bella lacessunt.
Hinc bis octoni Pisana gente creati
heroes, comitis sectantes signa Lemanni,
hostibus incurrunt mediis, densasque cateruas
sternere non cessant, Libycorum more leonum;

1 Spectabant] dumque ruunt *P* · certamina *edd.*

2 *Deest P* · hostes *B*

4 Densis *B* · rotundos *P*

7 Genus *B*

8 Hic *P* · Bellonius *Ugh. Mur. Mig.* Bellanius *Bov.*

11 Bisoetoni *Bov.*

12 Lemanni *Mur. Bov.*] Leuanni *cett.*

LAVRENTII VERONENSIS

- 15 dant quibus introitum Baleares protinus alae,
et circumfuso uelociter agmine claudunt,
ac retinere putant; quos spes satis improba fallit:
ipsa pericla parant animos, uiresque ministrant
his quibus interna torquent praecordia curae.
- 20 Sternunt quique suum perimuntque sagaciter hostem,
et quacumque ruunt campus patet amplior ipsis.
Et ueluti Rhodii sternunt perimuntque uolucres
quando relucenti scindentes aera penna
aggrediuntur aues, laniantque patentibus aruis,
- 25 sanguinea pariter miles Pisanus in hasta
uiribus infractis Baleae terit acriter agmen,
et redit illaesus cunctis mirantibus actum.
Post haec in geminas Baleae milesque pedesque
diuiditur partes. Campos alii tenuere,
- 30 at iuxta fluctus quidam uenere marinos,
oppositumque petunt Pisanum durius agmen,
erectisque premunt rarissima cornua signis.

18 Pericula *B*

20 Sternunt] sumunt *P*

22 Volucres] sagaciter hostem *B a. corr. Cf. v. 20*

23 Quando relucenti] et quacumque ruunt *B a. corr. Cf. v. 21. · findentes P*

24 Parentibus *P*

30 Quidem *P*

32 Carissima *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

- Alpheae cedunt sed lentis passibus alae,
et contra posito numquam flectuntur ab hoste.
- 35 Ex Arelatensi numero Guilelmus ad ista
proelia Bernardus Mildace Daneta creatum
sternit, et in strati dimissa cuspide uentre
digreditur. Mauri socium de caede reportant.
Tunc uexilla gerens Pisanae signifer urbis
- 40 Gualandus cuneos in campum ducit apertum.
Hinc Ildebrandus sanctae uexilla Mariae
consul habens dextra saeuos incurrit in hostes.
Sedis apostolicae uexillum detulit Azo
et diras petiit uiolento milite turmas.
- 45 Hos dum Pisani belli feruore sequuntur
inter condensos rapiuntur protinus hostes.
Inde Pyrenaeae gentis generosa potestas,
clara sequebantur cuius uexilla cohortes,
puluerulenta petit galeato milite rura.
- 50 Huius signa ducis Gerardi cura Lemanni
gestat, et ad laeuam procedunt agmina portam,
quae patet ad claram surgentis lampada solis,
ac salsae uicina magis cognoscitur undae.

35 Guillelmus *R* Vilielmus *P* Guillelmus *B* *edd.*
48 Sequebatur *R* *edd.* · cohortis *Mur. Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

Hancque senex aciem sequitur comes Ampuriensis,
55 cui satis exstiterat rector Balearis amicus,
et subiit pugnam uallatus milite forti.
Procedunt acies et ui certatur utrimque.
Eminus obstantes decertant Ismaelitae.
Hi iaciunt lapides, iaculis pars appetit hostem,
60 telorum tegitur tenebrosis nubibus aer,
hinc dirae ueniunt in equos hominesque sagittae.
Mars furit et magnis resonat clamoribus aether.
Tunc Latiae turmae mortis terrore remoto
incurrunt Mauris et pugnae cominus instant.
65 Exeritur gladius cessatque uolatile ferrum.
Terra cruore madens morientum substat aceruis.
Toto mixta sonant gemitus hortamina campo.
Vgo Parlasii tectis nutritus et ortus,
aurea quae gessit quatiens uenabula dextra,
70 pugnantis contra per pectora misit Alantis.
Ille cadit prophanter equo, fusoque cruore
Tartareas flatum citius transmittit ad umbras.
Occurrens Citharon casu commotus amici

56 Subiit *B*

57 Certantur *Ugh. Mur. Mig.* · utrumque *P*

65 Exeritur *Ugh. Mig.*

67 Gemitu *Bov.* · certamina *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

Vgonis penetrat durata cuspide scutum.
75 Ille quod hasta breuis contingere non ualet hostem
ense uicem reddit, pugnoque relinquit adempto.
Hunc Tepertiades Dodo Bernardusque secuti
ferratas feriunt minitanti cuspide portas,
utque redire parant, duo qui redeuntibus obsunt
80 occumbunt pariter Bachimas Hispanus et Ander.
Guttur in unius Dodo postquam miserat hastam,
caede cruentatum traxit cum cuspide pannum.
Sed quod ferre potest Bernardi dextera telum
in latus Ander habes: Manes ad Tartara raptos
85 accipiunt Stygiaeque patent properantibus aulae.
Viderat urbanae pulsantes limina portae
rex Baleae reditumque uiris prohibere nequisse
quae tutabantur Balearica robora turmas,
"Rebar" et "hos homines" ait "at iam credo leones".
90 Dux Catalanensis saeuum Moldonea poscens

76 Reliquit *edd. P a. corr.*

77 Te Perciades *Ugh. Mig.* et Perciades *Mur. Bov.*

83 Potest] post *P*

86 Pulsantis *edd.*

87 Rex Baleae reditum prohibere nequisse *Ugh. Mig.* rex Baleae... reditum
prohibere nequisse *Mur. Bov.*

88 Luctabantur *Bov.*

89 Rebar et] ... et *Bov.* · at iam] et iam *edd.*

90 Catalanensis *B*

LAVRENTII VERONENSIS

"Primus —ait— nostris quoniam te uiribus offers
"integer haud poteris nostros euadere nisus".
Protinus urguet equum, teneras nec flectit habenas.
Thoracem clipeumque uiri laeuamque papillam
95 telum transfodiens per dextrum praeterit armum.
Ille supinus equo ruit, hastaque frangitur ictu,
aurea sed comitis cuspis datur altera dextrae,
quae uibrata feros prosternat et Ismaelitas.
Gerardus Porion prostrauit cuspide uasta
100 inque uiri pectus uexillum misit et hastam.
Dauidis Vmberti penetrauit lancea costas,
Ildebrandini Danius transfoditur hasta,
Rodolpho geniti Garsias sternitur ense
Rolandi, saeuum ruit in Dareta Recuccus
105 et (uelut hasta fuit) de dorso pellit equino,

91 Soffers *R*
92 Visus *edd.*
93 Tenebras *P* · flectat *R B Ugh. Mig.* · habena *B*
94 Papilla *B*
95 Telo *edd.*
98 Prosternat et] posternat et *Mig.* prosterneret *Mur. Bov.*
99 Cuspide uasta] lancea costas *Bov. Cf. v. 101*
101 Dauidis *Mur. Bov.*
102 Ildibrandini *P* Ildebrandini *R B edd.*
103 Rodolfo *P*
104 Rollandi *P* · Daneta *P*
105 Fugit *Mur. Bov.*
110

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

Gerardusque comes rector dominusque Lemanni,
dum furit in Mauros miles per bella probatus,
fraxinea Lelaphum pugnantem perculit hasta,
atque Niri scapulas ictu penetrauit eodem:
110 stratus uterque ruit tanto deiectus in ictu.
Cui sonipes uiolentus erat, uiolentius actus
puluerum campum cum corpore pressit herili,
seque regentis heri fregit labendo lacertum.
Rainerus cum Tegrino, Raineria proles,
115 in coaceruatos ibat promptissimus hostes,
sternit et hic Lephaton, Tegrinus Alante creatum.
Gaietanus ibi Gerardus cuspidis ictu
Cerbereas Rachium transfixum misit ad oras,
Guiscardus Nilion letali uulnere sternit,
120 hinc Albertinus claro Bellomine natus

106 Lemanni *Mur. Bov.*] Leuanni *cett.*

108 Fraxinea *B feraxinea P frascinea edd.* · pugnantem] fugientem *P* · percutit *Bov.* (*et Cal. non recte*)

109 Niri] uiri *R edd.*

110 Vtraque *R edd.*

111 Violentus] uiolentius *P*

113 Lambendo *P*

114 Rainerius *R B edd.* · Tegrino *B Terigrino P Tigrino Bov.*

116 Lephantos *P* · Tegrinus *Mur. Bov.*] Tegrinus *cett.* · Alance *edd.*

117 Gaietanus ibi Gerardus] Gerardus Gaitanus adest qui *P* · Caietanus *Bov.*

119 Viscardus *P* · Nilion *B Hilion edd.*

120 Bellonime *Ugh. Mur. Mig.* Bellonimo *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

- per fauces medias ingentem fixit Aneten,
atrocem Laium uenientem Guido Butensis
excipit, et uictum Stygialibus aggregat umbris.
Saucius ipse tamen grauitur certamine cedit.
- 125 Ildebrandinus Iulictae filius hasta
fundit Ilerdensem generosum stirpe Gairum.
Ingentem Gualandus agens, Gualandica proles,
hastam, quam ualidus uibrabat uterque lacertus,
immanem Libycum duro resupinat in agro.
- 130 Terga Rachis penetrat Gualandi frater in ictu
cuspidis Albertus, misso per pectora ferro.
Hasta uirum fortem strauit Molphena Dodonis
consulis, huius equum celeri penetrante sagitta.
Gausmaro genitus fama decoratus equestri
- 135 Vgo Dianensem telo penetrauit acuto
mortiferumque facit transfixo gutture uulnus.
-

121 Anetem *B edd.*

122 Laium *P edd.* · Buteusis *Ugh.*

124 Saucius *B* · tamen] dehinc *P*

125 Ildebrandinus *edd.*] Ildebrandinus *codd.* · Iulictae *R B Iulictae edd.*

127 Valandus *P* Valandica *P*

130 Valandi *P* Gaulandi *Bov.*

131 Pectore *B*

132 Molfena *R B edd.*

133 Sagittam *B*

135 Dianensum *Bov.*

136 Mortiferumque] mortiferum *edd.* · fecit *B P Ugh. Mur. Mig.* fuit *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

- Sicherius frater Gualandi perculit Idam,
hinc Mincharellus ruit, Ildebrandia proles,
et fudit Gurion quem Corduba misit ad arma,
140 Vgonis proles Albertus impulit Ermon,
Anticum Libycum Lanfredi dextra peremit,
strauit Ilerdenium Matildae filius Vgo,
inde Sapibonides campo deiecit Aristen,
atque Sofredutius transfodit cuspide Maulam.
145 Popiliensis equum uelocem rusticus urguens
per lumbare Tanes hastam transmisit acernam.
Mittit in hunc iaculum magno conamine Nelops,
perque uiri corpus letalis lancea transit.
Acrior hic Maurum telo transfigit eodem,
150 tresque necans alios horrendum mandat ad Orcum,
ast ubi membra uiri sunt euacuata cruore
felicem moriens transmittit ad aethera flatum.
Occubuit Garathas Rubei Guidonis in hasta,
indiguitque sui Cliton Suberanus amoris,

137 Valandi *P* Gaulandi *Bov.* · percutit *Bov.* · Idam *edd.*
138 Mucharellus *edd.* · Ildebrandia *R B*
141 Anticum *R* · dextera *P*
142 Ilerdaenum *R edd.*
144 Sofridutius *P*
146 Lumbare *B* · Tanes *P* · acernam *R acerbam edd.*
153 Vidonis *B P*

LAVRENTII VERONENSIS

- 155 cui latus Abbatis transiecit lancea dextrum,
ceruicemque uiri mucrone resoluit, et agri
puluere proiectum pedibus submittit equorum.
Extincti socius feruenti concitus ira
te Viuiane petit uiolentus ob arma Galindus,
160 et iugulare cupit pro morte libenter amici.
Non fugis audacem uenientis militis ictum,
praetentaque uirum properantem sternis in hasta,
consortemque necis uitae coniungis amico.
Albitione sati clarus Lanfrancus ob arma
165 filius obstantem Redum feriendo peremit.
Hinc Arabis fugientis agens cum cuspidis lumbos
compulit hunc laeua sellae de parte labare.
Rarus eques densusque pedes de parte marina
barbaricos cuneos pugnae stridore coarctat,
170 pugnantemque terit summis conatibus hostem.
Alpei pedites Domino praestante uigorem
hic plures faciunt ensis seu cuspidis ictus.

154 Indignitque *Bov.* · sui] *deest P* · *Diton B*
157 *Submisit edd.*
162 *Praesentemque edd.*
164 *Albiciono Bov.* · *satis Ugh. Mur. Mig. fatus Bov.*
165 *Redom P a. corr. Dedum edd.*
166 *Agrens P*
176 *Mensibus P a. corr.* · *inclusos P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

Ictibus attritae cum iam tolerare nequirent
proelia barbaricae redeunt ad tecta phalanges,
175 et firmant duro ferratas obice ualuas.
Moenibus inclusis discurrens undique rector
anxius imperitat maneant ne cardine clauso:
in campum redeant, et proelia dura reposcant,
ac repetant diros patriis pro legibus hostes,
180 et ne deficient, nec uinci se patiantur,
proponens laudis quantum uictoria praestet,
et quantum tribuat uictoribus utilitatis,
quantaque cum damnis foedent opprobria uictos,
quos fugit omne decus, quos deserit omnis honestas,
185 seruitium, dolor hinc, et tristia quaeque sequuntur.
Et lacrimans adiurat eos per delubra regni
ne metuant populos quos lex Machamatis odit,
sed sic decertent deuincere quatenus ipsos
et sub perpetuis ualeant retinere catenis

177 Maneat *P*. ne] de *P*

179 Duros *R* *edd.*

180 Ne] nec *R B* *edd.*

181 Quantum] quattuor *P a. corr.*

183 Victis *R Ugh. Mur. Mig.*

184 Quos deserit] quas deserit *P*

185 Et tristia] tristitia *Ugh. Mur. Mig. Versum sic soluit Bov:*
seruitium, dolor... hinc tristia quaeque sequuntur

186 Lacrimas *P*

LAVRENTII VERONENSIS

- 190 qui se necne suum cupiunt disperdere regnum.
Haec ait, et cunctis animos uiresque reducit.
Hortantur proceres regem, prohibentque timere,
atque mori spondent potius quam cedere bello.
Signa capit Burabe, reseratur dextera porta,
195 prosiliunt turmae, properant ad bella manipuli.
Dispositis signis Burabe iam stabat in agro,
durus agebat Alas dextrae uexilla cohortis,
in laeuo cornu toruo curante Corace.
Plena dabant uoces humano classica flatu,
200 nec tuba bella mouens nec buccina defuit ulla
cum sic dispositos sanctae uidere cohortes.
Directis igitur properant in proelia signis,
et dextram pariter satagunt inuadere portam,
densus et innumerus fuerat qua barbarus hostis,
205 quae quoque Phoebe tuos claros spectabat ad ortus.
Iam Guilelmus adest dominus Montis Pesulani,
-

189 Perpetuus *P*
190 Disperdere *Bov.*
191 Agit *P*
194 Burabae reseratus dextere *Bov.*
198 Taruo *P a. corr.*
200 Turba *Bov.* · mouens] montes *P* · bucino *P*
203 Dextra *R* dextera *B*
204 Quam *edd.* · barus *P*
206 Vilielmus *P*] Guilielmus *R B edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

cui rota signa dabat, clara comitante caterua,
et uelox tantis sese conflictibus offert.
Dux Nerbonensis de nomine dictus auito
210 fulgentes acies decoratas milite forti
praecipit ante suos properanter sistere uultus.
Nominat ille suos, largos quoque spondet honores.
Quos uidet audaces geminato robore firmat,
signiferumque monet nullo trepidare timore
215 anteque fraternas promptum contendere turmas.
Iuxta Raimundus pugnam festinus adibat
cui sedes Arelas, cui Balcia tellus origo.
Hic Arelatenses promptos in proelia firmans
admonet ut nolint de posterioribus esse.
220 Petrus ad hanc litem Grossus non segnius ibat,
hortaturque suos equites post cuspidis ictus
ne sint immemores inimicos ense ferire.
Concurrunt partes, miscentur utrimque manipuli,
saxa ruunt, uolitant densissima pila per auras,

207 Qui *B edd.* · *rata edd.* · *dabit P* · *comitate P*
209 Herbonensis *Ugh. Mig.* Narbonensis *Bov.* · *auinto B*
216 Ramundus *B* Raymundus *R edd.*
217 Areleas *B*
219 Nolant *R*
220 Signius *P*
221 Heritaturque *P*
223 Vtrumque *P*

LAVRENTII VERONENSIS

- 225 Martia signa canunt, subeunt ad sidera uoces,
ira furor mixtos inter se concitat hostes,
telorum nimbis clipei galeaeque teruntur,
arma sonant armis, micat ictibus horridus ensis,
uulneribus misso satiatur sanguine tellus,
230 labentumque tegunt extincta cadauera campos.
Henricum Milgdas poscunt Neriusque, sed eius
praedurus clipeus iaculum propellit utrumque.
Hos ualidos equites Dertosae finibus ortos
cum Sigonundiade Guinithone creatus utroque
235 transfodiens ambos de tergis sternit equinis,
atque ferus Periton socius necis esset eorum,
subsidiatorem Baleae quem Corduba misit
cum centum sociis Hispana per aequora uectum,
ni faciendo fugam citius flexisset habenas.
240 Tunc Erithone satus Danaen, Gerardus Arontam,

229 Sociatur *B*
230 Extrica *Bov.*
231 Henrigum *P* · Milgilas legit *Cal. fortasse recte.*
233 Detose *P a. corr.*
234 Sigimundiade *P* Sigonundia de *Bov.* · Vinithone *P* Guimthone *Ugh (pro*
littera m spatium habet Mig.)
235 Ambo *P*
238 Cum] sed *R edd.*
239 Ni] hi *Ugh. Mig.*
240 Arotam *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

uiribus insignes prostrarunt consul uterque.
Dissecat obstantes cuneos tunc Balcius heros
prosternens Arabem, perimitque terendo Corellum.
Bertraminus fratrem strauit Nilgdona Coracis.
245 Vgo de Landa penetrauit cuspide Tagum
et tulit ense caput. Post haec iuuenilibus actus
uiribus Vmberti cadit Alcimionius Imon.
Sed Petri fratris deiecit dextra Nicalem.
Vrguet equum sacrista potens Raimundus, et hastae
250 Nelioben ualido percussum transfodit ictu,
cornipedemque rapit pretii non uilis habendum,
armigeroque suo gemmatas tradit habenas.
Tunc Ildebrandus consul dirum Niceronta
transfodiens ferro per pectus dirigit hastam,
255 uexillumque trahit madefactum sanguine Mauri.
Petrum Parlasii bello quem miserat ora

242 Baleius *Ugh.*

243 Terendo] deinde *P* · Cosellum *edd.*

244 Beltraminus *R a. corr. et edd.* Birtraminus *B*

246 Iuuenalibus *P*

247 Vberti *B* · Alcimionides *P* Alcimionibus *Bov.* · Vnon *P*

248 Mealem *B*

249 Raimundus *P]* Ramundus *R B edd.*

250 Neliobem *edd.* · foditat *edd.*

251 Sonipedemque *edd.*

252 Gemmatas *B* geminatas *edd.*

256 Petrum] Petuma *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

- aggreditur Balager. Grandi retro pellitur ictu
militis Alphei, Sicula percussus ab hasta.
Ad socios igitur fugiendo retorquet habenas.
260 Transfigit hasta Rodon Pusii uibrata lacertis,
Flocius ense cadit quem Gelli filius Oddo
uiribus assumptis ictu transuerberat uno.
Insignes equites Pesulani Montis ad istos
adueniunt ictus, Guilelmi signa sequentes.
265 Dalmatius Castrensis ibi Molphenida leto
suppositum fecit per acutae cuspidis ictum,
et Muri Vetuli miles Sichardus Emonem.
Petrus Amunta petens, Bernardus Amunte creatum
proiciunt perimuntque simul Froccardia proles.
270 De Villa Basci Machamata uasta Guilelmi
lancea transiecit. Tum Berengarius Oran
Verunae miles perimit sociatque Gehennae.

258 Sicula] acula *Ugh. Mig. acuta Bov.*

260 Dodon *edd.*

261 Flocius] hocius *edd.*

262 Vno] imo *edd.*

264 Guiglielmi *R B Vilielmi P Guilielmi edd.*

267 Muti *edd.* · uetuli *P ueluti B* · miles Sichardus] ...Sichardus *edd.*

269 Froctardia *B P Troccardia Bov.*

270 Bosci *P Balei edd.* · Machumata *codd. edd.* · Videlmi *P Guidelmi R B*

271 Transierit *edd.*

272 Veronae *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

- In Raimunde Midan, cui praebet Eradius ortum,
Dertosane cadis forcas penetrante Guilelmi
275 cuspide cui sedes fuerat Pinianica tellus.
Dux Aimelricus speciosis clarus in armis
occupat obstantes feruente uigore cateruas,
cui ferus Alcimio fatis properando sinistris
occurrit cupiens ulcisci funera nati.
280 Praeuenit hunc Atacis ductor, nec deuiat ictus.
Per pectus uolat hasta tenax umbone forato:
occidit et moriens praemordet dentibus herbam.
Prompta phalanx comitata ducem satis ardet in hostem.
Fraxinus Henrici te pectoris Atila fixit
285 in medio: ferrum uitalia cuncta retraxit,
et Pusii frater Lambertus Agranta peremit.
Mindon ab Esculea dictus Rainutius ora
horrendum nimium fixit, Ricapeccora Carben,
inque Valentinum Plegonem Barutius hastam

273 In *edd.*] tu *codd.* · Raymunde *Ugh. Mig.*

274 Cadis] cauas *edd.* · forcas] foueas *edd.* · penetrare *R* penetrare *edd.* ·
Guilelmi *B* Vilelmi *R P*

276 Aimelrigus *P* · speciosus *R*

281 Tenex *P*

283 *deest R edd.* · comitat *P*

284 Fraximus *B* *Bov.*

287 Minolon *Ugh. Mur. Mig. Minolo Bov.* · ad *Ugh. Mig.* · Ramutius *B*

288 Ricapectora *P*

LAVRENTII VERONENSIS

- 290 per scapulas misit laeuam figendo papillam,
traiectumque uirum medio prostrauit in agro.
Pharion Hispanus Guinicelli sternitur ictu.
Dum cadit Abrotani ruit inter lora fugacis,
cuius Saltarus transiecerat ilia uirga,
295 quando duos pariter fixit iaculando nigellos.
Gerardi proles Opitho cum pube suorum
inuadens aciem satagit prosternere Mauros.
Gausfredus Parthum, Rainerus proterit Afrum,
consortesque necis fecit germanus uterque.
300 Marinianus hic Bernardus Ilonea leto
donat transfigens caedenti cuspide costas.
Cuspide Silleti dirus prosternitur Olphes.
Grunnius Alcheon sternit, Mauretus Edonem.

289 Glegonem *edd.* · Proarutius *edd.*

290 Feriendo *edd.*

292 Spanus *B* · Gunicelli *B* Vinicelli *P* Guinacelli *edd.*

293 Abrotani ruit] ...ruit *edd.* · loca *edd.*

294 Illa *Ugh. Mig.*

295 Duas *Ugh. Mig.* · finxit *P*

296 Opizo *R edd.* Obiço *B* Opito *P*

298 Gausfredus *R Ugh. Mur. Mig.* Ganfredus *Bov.* · Rainerus *B P* Raynerius
Ugh. Mig. Raynerus *Mur. Bov.*

300 Mariniades *P a. corr.* Marinianides *P* Marinalnus *edd.* · hic] *deest P* ·
llogea *P*

302 Durus *B* ditus *Ugh. Mig.*

303 Guirnius *Ugh. Mig.* Guirnius *Mur. Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

Vndique discurrens rector Catalanicus hostes
305 dissipat et socios hortatu diuite firmat.
Ampuriae fortes equites et Rusilienses
subsidiando duci dant plurima funera Mauris.
At Petri Grossi deiecerat hasta Coracem,
cuius promptus eques multos patrauerat actus,
310 sed iugulare uirum cum iam mucrone pararet,
currentes Mauri socium de caede tulerunt.
Signifer Alpheus medios uiolentus in hostes
currit et exacuens fortes in bella sodales.
Vt reliquas prosternit aues regina uolucrum,
315 sic sic hostiles terit insistendo phalanges.
Barbarici statim cunei turbantur et inde
conuersi fugiunt, Pisani terga sequentes
urbanas inter propellunt agmina portas.
Innumeri capiuntur equi, capiuntur et arma,
320 et fusi per rura lacus iacuere cruoris.
Altius ascendens Phoebus contraxerat umbras:

304 Catalaunicus *Bov.*
305 Dissipat *B · firmans edd.*
306 Dusilientes *Ugh. Mig.*
309 Cuis *P · equus Mur. Bov.*
310 Parasset *edd.*
313 Bello *Ugh. Mig.*
314 Reliquos *Bov.*
316 Cuncti *Ugh. Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

ad sua uictrices redeunt tentoria turmae.
Bellica per campos Baleae iam facta patebant,
extinctosque uiros fusos spectare per herbam
325 barbaricus populus simul et Pisana ualebant
agmina, legati ueniebant atque redibant.
Accipitres, uestes, priuataque dona dabantur
his quibus Ampuriae comes haec tribuenda monebat:
uendita fit pietas. Tunc multum deuius heros
330 regi transmittit chartas, recipitque latenter
huius scripturas quae rescribuntur ad ipsum.
Pestifer interea dum foedera quaereret hostis,
quos diuinus amor, non praeda nec ulla simultas
sed Christi pietas ad iusta uocauerat arma,
335 captiuos omnes sine condicione uolebant.
Nazaredeolus certa sine lege paratus
reddere non fuerat, nexuque fameque coactos
carceribus distentos attenuando necabat,
ac pharaoneos retinens in mente furores

324 Fuscus *B*
325 Volebant *edd.*
333 Praedia *P*
335 Sine] sub *R* *edd.*
336 Nazacedeolus *Ugh. Mur. Mig.* · siue *P*
338 Necabant *Ugh. Mig.*
339 Pharaones *P a. corr.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

340 quae spondebat heri cras infitiando uetabat.
Vtque dolosa uident patres colludia regis
solantur populum, populus solamine gaudet.
Dum trutinare nouos nituntur pectore sensus
itque reditque dies, nam praeterit unus et alter,
345 castraque paulatim mutata propinquius exstant
moenibus, ac creber procedit ab urbe tumultus
optime Dalmati, quem tu non lentus adibas,
nam crebro factae pugnae non tardus adesse
cerneris, in tantum pugnae tibi suppetit ardor.
350 Ergo die quadam, paucis comitantibus hostes
corde uolente petens, sociis absistere iussis
cum geminis solus uadis contendere Mauris.
Viribus ergo tuis prostratus corrui unus,
alterius mox dextra tibi penetrabile scutum
355 transfigit, mediam penetrat quoque lancea coxam.

340 Inficiendo *P a. corr.* · *Vetaba Ugh.*

341 Collidia *P*

342 Pupillum *P*

343 Trutinare *B* · tituntur *P*

344 Itque reditque] atque reditque *P* mox recolique *edd.*

345 Propinquus *P*

347 Nolentus *P*

352 Vadas *P*

353 Curruit *P*

354 Alternis *Bov.*

355 Coram *Ugh. Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

- Hinc patet: est miles non loricatus inermis.
Stratus equo pugnare paras, sed uulnere factus
debilis innumeros equites sine lege ruentes
decidis excipiens, feriens te barbarus ensis
360 decapitat, felix transmigrat ad aethera flatus.
Talia bellipotens ut concipit aure Guilelmus
dat lacrimas tristesque uiri de funere questus
profundit, nec ad ista uacat, sed clamat ad arma
ulciscique necem iugulati currit amici.
365 Heroem centum sectantur ob arma micantes,
qui promptos gestare solent ad bella uigores.
Accelerat campumque petit: sua moenia Mauri
ista meditantes properatis gressibus intrans.
Militis acquirit, uindex modo cum nequit esse,
370 Gothica turba caput, mutato denique Mauro.
Ante diem Domini semper quae proxima fulget
lux rediit, qua tempus erat sine turbine clarum,
iamque sui cursus nonam perfecerat horam

356 Hinc] qua *Mur. Bov.* · petat *P* · est] et *edd.*

359 Decidit *Ugh. Mig.*

361 Vilelmus *P Mur. Bov.* Vilelmus *Ugh. Mig.*

364 iugulanti *B*

368 Mediantes *B*

370 Gothica *B*

371 Qua *Ugh. Mig.*

373 Perficerat *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

Phoebus, cum fortes redeunt ad proelia Mauri
375 Christicolasque putant ad castra requirere tantum.
In numero fidunt equitum peditumque potenti.
At cauti pedites currunt laetanter ad arma
Pisani, uisosque petunt non segniter hostes.
Spicula, tela simul lapidesque uenire per agros
380 et pluuiiae ritu poteras spectare sagittas.
Pugnae saeuit amor, Pisanis robur abundat,
dumque ferunt ictus, dum totis nisibus instant,
Ismaelitarum cuneos in moenia mittunt,
et certant summum robur prosternere ualli.
385 Calcatos equites subeuntes limina portae
transfodiunt et equos fortes durantibus hastis,
summaque proiciunt murorum, nec secus ipsas
concutiunt portas, funduntque uiriliter hostes.
Denique conspiciunt geminae fundamina fossae
390 mirantes muros et defensacula circum
(discrepat a uisu quicquid peruenit ad aures)

376 Fidorum *edd.* · potentes *Mur. Bov.*

382 Viribus *edd.*

385 Lamina *B*

386-387 *Sic habet P:*

transfodiunt [que uiros s. l.] et equos durantibus hastis
summaque murorum sternunt uiolenter et ipsas

391 Auras *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

urbis: multorum subit in praecordia terror.
Diffidunt igitur multi tremulumque reuoluunt
ore silente caput, tanto pro robore fortes
395 ipsi desperant urbem superare potentem.
Tres fuerant urbes, unum quae nomen habebant,
sed diuersa tamen si nomina quaeris earum
nomine diuerso poteris quamcumque notare.
Arabathalgitidit primae nomen uocitatur.
400 Nazaredeolus fuit huius conditor urbis
per quinquaginta quae fit circumdata turres
usque Bebelgidit: sic est uocitata secunda.
Arabathalgitidit murus fabricatus ab ipsa
incipiens urbis corpus circumdat, et undas
405 aequoris attingens mare iuxta uoluitur illuc
quo densat celsas urbs Elmodenia turres.
Diuidit has murus, circumdatur una duabus,
quas circum decies cubitorum milia cingunt,
hoc numero demptis ter ternis atque duobus.
410 In numero certo turres sunt scire uolenti
quattuor et decies septem centumque notandae.

399-402 *Desunt R edd.*
403 *Muros P*
406 *Vrbis P*
410 *Scire] sorte Ugh. Mig. forte Mur. Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER QVINTVS

- Hae tres una queunt urbs famosissima dici:
est commune tribus positum Maiorica nomen,
inter quas etiam torrens placidissimus iuit,
415 et per quinque queunt torrentis uiscera pontes
transiri, liquidae cum plus fluit impetus undae,
Exechinque uocant. Qui plenius affluit amnem
dicitur Enelamir, perducta canalibus unda
quae potanda uiris dulces dabat omnibus haustus.
420 Indigenis populis et ob auctas fortiter artes
moenia tuta forent, si condemnanda malorum
tam sceleratorum Deus agmina uellet amare.
In populi numero non debet fidere quisquam
qui Dominum contra sublimes erigit arces.
425 Namque Moabitas rector Balearis ad arma
Gaetulos, Arabes, Parthos, Libycosque, Medosque,
nec non Hispanos multo conduxerat auro.

412 Vrbis *P*

417 Ezechinque *edd.* · quae *Mur. Bov.* · plenus *B*

418 Enelamur *R edd.* · praeducta *edd.*

419 Iuris *R* · dabit *Ugh. Mig.*

421 Contemnenda *edd.*

421-422 *Sic habet P:*

media tuta forent si nutus Omnipotentis
iustitiaeque caput dicto cum rege manerent

423 Fidem *B a. corr.* · quicquam *P*

425 Namque] hincque *edd.* · Boabitas *edd.*

426 Et Gaetulos *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

Aes dedit immensum, non intentata relinquens
per quae tuta dari patriae solacia possent.
430 Ergo pugnantum, tractare uiriliter arma
qui poterant, sibi sexaginta milia uel plus,
ast equites perhibentur ei ter mille fuisse,
et centena dabat praegrandes machina moles.
Mille quater ductus numerus fuit arcitenentum,
435 figere qui poterant missis loca certa sagittis.
Fundibulorum prae multitudine certus
non fuerat numerus, sic nec lapides iacientum.

428 Aes] et *edd.* · reliquen *Mig.*
429 Tota *edd.*
432 Ast] est *edd.* · prohibentur *B*
433 Dabit *P a. corr.*
437 Lacientum *P*
Explicit liber quintus *R B edd.*

LIBER SEXTVS

Noscunt tanta patres cito robora non superari,
hortantur socios, et contra robora robur
accelerare parant. Naues prius esse trahendas
constituunt, et perficiunt haec iussa libenter
5 agmina cuncta: solum tractae tenuere carinae.
Inde duces Latii uicinius addere castra
festinando iubent, iussis paretur eorum.
Praesulis hospitium Petri de parte marina
non humilis, non alta nimis domus affuit, unde
10 saepius inceptum bellum spectare ualebat.
Signoretus eam stridentibus inde Pyrenis
ingressus tenuit prompta bonitate sacerdos.
Hinc uicedonne tuos armis Gratiane potentes,

1 Poscunt *B*

8 Presules *Bov.*

8-15 *sic habet P:*

Antistes Petrus tectum de parte marina
cum cleris habuit. Fuerat uice domnus in illis
cui Gratianus erat (dedit hoc sibi gratia) nomen.
Non humilis, non alta nimis domus affuit, unde
proelia cum socio crebro suadebat Oberto.

12 Prompte *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

- hinc quicumque manu pedibusue paratior esset
15 et crebros ictus tecum aspiciebat Obertus.
Iuxta pontificis tectum tentoria patrum,
ut citius ueniant ad eum cum saepe uocentur.
Nobilitatis honor non longe densus habebat
hospitium. Fortes steterant a fronte cateruae
20 Pisani populi, qui uitam duxit in armis
totam perpetuos solitus tolerare labores.
Huic non algor erat, non formidabilis aestus
hunc non grando ferox, non nix imberue mouebant
hostes et muros uiolentius aggredientem.
25 Haec erat ingeniis spectanda iuuentus et armis,
ingluuiem uentris nimiamque perosa quietem
nouerat et breuibus submittere lumina somnis.
Ast equitum robusta manus non sparsa per agmen
sed iuxta laeuam fixit tentoria portam.
30 Talis ab aequorea facie porrectus utramque
obseruat portam populus. Catalanicus heros

15 Obertu *Mig.*

16 Iuxta *P*

18 Sensus *B*

19 Steterunt *edd.*

23 Non nix] *deest P* · imberque *R P edd.*

26 Perosam quiete *P*

30 Aequoria *B* aequora *Bov.*

31 Catanlanicus *B* Catalenicus *P a. corr.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

illius in medio quo sit tutissimus exstat,
namque uigor Latius dextra laeuaque sedebat,
hospitiumque ducis retro uallabat et ante.

35 Stat post Pisanos Cardunae rector, et illinc
plurima post illum quae misit Gothica tellus
agmina, quae praedas potius quam bella gerebant.
Ante duces reliquos sua fecit castra Guilelmus,
et dextrae uicina magis quam cetera portae,

40 iuxta quem pariter sua cepit Balcius heros,
et Nerbonensis domini post ista steterunt
fulgentes acies, quas iuxta Rusilienses.
Ampuriae rector post omnes castra tenebat,
et uallatus erat sola de gente suorum.

45 Hi siluas et rura petunt, armentaue multa
direptosque greges et quicquid germinat aruum
ad socias acies conuerso tramite ducunt,
ligna tecta trahunt, paleas ubi comperiuntur,

32 Quo sit] murus *edd.*

33 Namque] nam *P*

35 Cardunae *Ugh. Mig.*

36 Plurima] Phorima *Ugh. Mig.* · Gotia *P*

38 Sua] sibi *edd.* · Videlmus *P* Guiglelmus *B* Guidelmus *R* *edd.*

39 Dextra *edd.*

41 Atque Herbonensis *edd.*

42 Iuncta *Ugh. Mig.*

46 Greges] graues *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

arboreasque simul uulsas cum stipite frondes.
50 Gothorum pedites uel quos Prouincia misit
mercibus allatis discurrunt agmine toto,
et uenale facit quicquid dabat insula uulgu.
Pisani summis arcent conatibus hostes,
hique colendorum patrum praecepta secuti
55 aedificant geminas superantes omnia tures
moenia de lignis (uulgo castella uocantur).
Altum surgit opus, sublimia culmina quarum
aereas subeunt summis cum nubibus auras,
offenduntque satis ducentes frigora uentos,
60 astutusque magis nil fecit Daedalus arte.
Vimineae crates ductae de rure propinquo
multaque terga boum lateralia quaeque tegebant.
Suppositis igitur postquam residere paratis
impulsae grauiter celeri molimine currunt,
65 ut nubes quas forte Notus uiolentior auctas
imbribus ad caelum pluuioso turbine uexit,

50 Pronuntia *P*
51 Ablatis *R* *edd.*
52 Vulgo *edd.*
54 Secut *Mig.*
59 Ducentos *Ugh. Mig.*
64 Impulsi *edd.*
66 Venit *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

quarum rura pedes, caelos agitare cacumen
saepius aspicitis, quae currere quippe uidentur.
Adstantes igitur multi mirantur euntes,
70 qui similes numquam potuerunt uisibus arces
subdere. Mox gemina subeunt testudine muros.
Et dum Martis erat creber uariusque tumultus
saepe Moabitae uiolenti moenibus urbis
egrediebantur. Trahit impetus egredientes,
75 casus et hos potius quam bellicus instruit ordo.
Vtque Robertus eos audaci strenuitate
motus uidit ait: "Pro se certantibus auctor
"est Deus, et robur pro se pugnantibus auget."
Dixerat, et plures solus properauit in hostes,
80 et partitur eos, simul et fugientibus instans
inter murales aditus pugnando reclusit.
Corruit huius equus fouea, pro casus iniquus!
Protinus e sella se compulit ire regentem.

68 Aspiciens *R* *edd.* · quam *B* qua *edd.* · curre *P.* Post hunc uersum alius
sequitur quem solus exhibet *P.*:

Pisanis actae turres non signius ibant.

70 Viribus *edd.*

72 Crebor *P.*

73 Sic habet *P.*:

tuta Moabitae uiolenta moenia saepe

80 Partitus *P.* · fugentibus *P.*

81 Aditum *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

Hic clipeo iaculoque prius, mucrone deinceps
85 pugnat, et Hectoreo decertans robore consul
sustinet innumeros damnosis iactibus ictus
in se collatos, nudo quoque fortiter ense
dimicat, et solus multorum robora sentit.
Dumque pluunt lapides et tela cadunt super illum,
90 en laeuam supra cita figitur hasta papillam.
Heu clipeus non obstiterat, lorica ruentem
incarnare uirum facilem dimiserat hastam.
Accelerant raptumque ferunt de Marte propinqui.
Iam castella super defossi robora ualli
95 implebant latas gemina testudine fossas.
Erigit antemnam Balearis in arbore cura
castellis etiam quae cernitur esse duobus
altior, in summo cuius bellator habebat
excelsum tutumque locum. Velamina panni
100 plurima sublimem septenaque terga tegebant,
qualiter excelsae spatiosa per aequora naues
saepius ire solent piratica bella timentes.

86 *Damnosis edd.] ruinosis codd. · ictis P*

90 *Leuant P · super edd.*

91 *Neu edd. · obstuerat P*

95 *Lates P*

99 *Paruis edd.*

100 *Sublimen R Ugh. Mig. · tenebant R edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

Loricam tutamen habet clipeumque rotundum,
et protectus erat cristata casside uertex.
105 Per triplices funes antemnae callidus usus
uesanum Maurum uacuas porrexit in auras.
In quasi subiectas turres proicere cautes
et lapidare uiros et mittere tela ualebat.
Ardet in antemnam pignantum fortiter astus,
110 atque duos funes cum falce recidit acuta.
Tertius antemnam retinebat in aere funis:
pertimuit Maurus ne falx si caederet illum
inuitus rueret uel protraheretur ab unco.
Ergo uelut moles de summis eruta saxis
115 per funem labens dedit intra moenia saltum.
Grandia labentis senserunt pondera palmae.
Christicolae gaudent, alacres dant agmina plausus
admirata uirum per inanes currere uentos.
Nutabant turres Baleae muri que cadebant
120 quos fodiebat ouans toto molimine fossor,

103 Tutam *R* *edd.* · habet] retinet *edd.*

104 Classide *B*

106 Vexanum *B* · Maurum] nauium *Ugh. Mig. Mantum Mur.*

107 In quasi] in qua *Ugh. Mig. inque Mur. Bov.* · procire *P a. corr.* · cantes *Bov.*

108 Mitter *P*

109 Antemnas *P* · pugnantem *Ugh. Mur. Mig.*

111 Antenna *P*

LAVRENTII VERONENSIS

cui per quemque diem fuluum numisma dabatur.
Hos aries duplex de testudinibus actus
et de castellis ictu grauiore petebant,
e quibus artifices mittunt super ardua pontes
125 moenia, cumque uolunt turres inuadere possunt.
Per quadragenos passus et apertus et amplus
introitus fuerat. Coetum fecere cohortes.
Cardinibus Boso de primis taliter unus
inquit et haec monuit (monitus et uerba notantur):
130 "Qui fines patrios, qui deseruere parentes,
"uxores, natos, et quicquid dulce uidetur
"sensibus humanis, uos pro pietate fuistis.
"Si pietatis amor uos cum mercede uocauit,
"cur pietatis honor non contra uiscera fortes
135 "impietatis habet? Baleae spectate leonem,
"qui male tractat oues et Christi dissipat agnos.
"Spectat ab excelsis muris molimina nostra.

120 Ouasis *P*
123 Patebant *P* petebat *Bov.*
124 Potens *P a. corr.*
125 Turrens *P*
127 Centum *P R edd.*
129 Monitis *Mur. Bov. · et] de Bov.*
132 Humanibus *P a. corr.*
134 Visera *Bov.*
136 Discipat *B*
138

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

"Incassum factas turres quoque credit, et arces
"et nos et pariter subsannat Cunctipotentem,
140 "agminis auctorem qui sese praetulit huius
"ut uos informet. Vos Aegyptum spoliare.
"En pharaoneis fratres seruire catenis
"cernitis. Vltrices frangant haec impia dextrae
"Tartara, de poenis fratresque trahantur eorum,
145 "sitque beatus homo qui pro conflictibus istis
"occumbet: poenas nequeat sentire Gehennae,
"non aliquis daemon de crimine siue reatu
"audeat ante Deum sibi conflictum generare,
"gaudia dentur ei quae fini subdita non sunt,
150 "quae seruare solet uel quae praebere beatis
"splendor sanctorum pia lux et gloria lesus.
"Non dubitent hi quos fuerit regina polorum
"cum nato comitata suo pugnare, Deus nam
"qui pia causa fuit pro qua uos arma tulistis,
155 "adiutor fiet uobis, terrebit et hostes

142 Fratrem *B*
143 Fragant *edd.*
148 Confluctum *P a. corr.*
149 Gaudea *P a. corr.*
153 Cum] eum *B*
154 Qui] quia *P*
155 Fiet] fuit *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

"et conculcabit diuina potentia uestros.
"Haec ad certamen uos spes inuitet euntes.
"Signifer et Michael uobis praecedet, agetque
"cum sociis haec bella suis Baptista Iohannes
160 "et patriarcharum chorus arduus atque prophetae.
"Ne trepidate: duces uobis in proelia fient
"Ecclesiae Petrus cum Paulo tuta columna,
"nec non Matthaëus, Lucas, Marcusque, Iohannes
"et reliqui uestrae facient solacia pugnae.
165 "Auxiliumque dabit uobis certe protomartyr
"cum sociis Stephanus, Silvester cum Nicolao
"uirgineusque chorus uobis succurret, opemque
"agmina sancta dabunt. Hanc spem retinete fidelem."
Dixerat, at lacrimae fluxere per ora loquentis
170 ex oculis. Deflent quia cernunt agmina flentem,
quae uotis pariter promittunt proelia totis.
Denique castra petunt cum iam subit aequora Titan.
Nox abit, Aurorae Phoebus de parte resurgit.
Bellica signa sonant, toto properantque uigore

158 Micha *P a. corr.* · praecedat *edd.* · agatque *Mur. Bov.*

164 Pugnent *P a. corr.*

168 Spes *P a. corr.*

169 Et *edd.*

170 Quia] qui *Bov.*

174 Properatque *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

- 175 urbis ad introitum Pisanum robur et omnes
Gothorum populi uel quos Prouincia misit.
Intus Agareni perstant ualloque supersunt.
Densa ruinosas iacit undique machina moles.
Pisanae bellant acies adituque resistunt.
- 180 Vrbanas inter summis cum uiribus aedes
hostiles pellunt pugnantes fortiter alas.
Post pedites equites ueniunt sed durius intrant.
Difficilis ingressus equis, reditus nimis asper
cum remeare uolunt. Miles Balearis ubique
- 185 cogit ad arma suos, uires adhibet reficitque.
Alpei litem telis gladiisque gerentes
obstantes cohibent collatis nisibus hostes.
Telorum super hos nimbi lapidesque ruentes
adueniunt uallique terunt in margine ductos.
- 190 Vertere terga parant, retro flectuntur habenae
quos Baleae faciunt nimium properare uigores.
Sed Pisana cohors per plurima uulnera lapsa
in sua castra redit, muri munimina linquens.

182 Instant *edd.*
183 Congressus *edd.*
185 Adhibet *P*
187 Viribus *edd.*
189 Adueniuntque *B*
191 Quas *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

Turres quam citius Baleares inde phalanges
195 laetanter plaudendo petunt et tympana laetis
ictibus incipiunt ob gaudia summa ferire,
in quibus et Furiae poterant Bacchusque notari.
Tollunt astra diem, non praeterit ira dolorque.
Vt redit altera lux certatim moenia poscunt
200 Pisani cunei, quibus haec sunt iurgia curae.
Amplaque dupliciter uia fit, temptatur, et intus
cunctorum parat ire uigor. Cum Phoebus agebat
in sublime suam progressus ab aequore lucem
per factos aditus patulam pedes intrat in urbem,
205 inque resistentem turbam non leniter actus
barbaricis cuneis terrorem mortis agebat.
Ast equiti nimis artus erat pro margine trames.
Inuitant pedites equites intrare, reductis
qui conuertuntur contra tentoria frenis,
210 quos uulnus trepidare facit seu funus equorum.
Tunc equitum cernens extrinseca turba pauorem

195 Laetantur *B*
200 Cunei] conea *P a. corr.*
201 Amplique *P*
203 Sublimee *P a. corr.*
206 Sarbaricis *B*
208 Redactis *R*
211 Intrinseca *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

a fractis muris collapsa robore cessat.
Ista Moabitae cernunt, animisque resumptis
per cunctas ueniunt equites peditesque plateas.
215 Dat tergum Pisana manus, quae moenia dudum
inuasisse datur, clipeisque extemplo relictis
diffugiunt plures. Remanet Rainerus ibidem
qui Male Comentum cognomento uocitatur,
quem socii postquam fugientes deseruere
220 inter Agarenos nudo mucrone cucurrit.
Ah quotiens fecere locum! Fugisse ualeret
si fuga tuta foret. Gladio stetit ille minaci,
et quemcumque super uiolentia concidit huius
Cerbereos rictus et Tartara nigra petiuit,
225 uel sine letali dum uixerit ille dolore
non erit. Hinc solum iussu petiere Coracis,
et circumsaeptum iaculis fixere cohortes.
Occubuit, postquam sibi uulnera mille fuerunt,
exanimique uiro post uulnera tanta iacenti
230 ablatum caput est: petiit pia sidera flatus.

216 Extemplo *edd. P a. corr. ex templo Bov.*
217 Plures eat remanet *R*
221 Ah] at *edd. . fuisse P*
224 Victus *Bov. . petit P a. corr.*
226 Hunc *Mur. Bov.*
230 Fletus *Ugh. Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

Ira patres populumque tenet, sociosque peremptos
aegrotosque simul multa pietate queruntur.
Agmina nam postquam latices non uina bibebant
concliderant morbis, mutatio nempe ciborum
235 laxatos uentres in multa pericula traxit,
unde manus non parua malis oppressa cadebat
innumeris. Igitur multi cecidere potentum
qui titulis claris caput in sublime gerebant,
et plures quibus aequa stetit cum funere fama.
240 lamque uiam tumuli pariter cum rure tegebant,
nobiliumque simul positas in litore capsas
in reliquisque locis aliquis spectare ualebat.
Inter tot lacrimas natorum siue parentum,
tot licet ac tantos ferat inclita turba dolores,
245 non tamen a pugna cessat reliquoque labore.
Decernunt pugnare patres, iterumque resumptis
uiribus audaces animant in bella cateruas.
Dumque diem Domini celebrarent saecula cuncta
Bertraminus Mauros petiit per proelia clarus,
250 cuius opes Arelate nitent et origo parentum

232 Simulque *P a. corr.* · queruntur] requirunt *edd.*

236 Inde *edd.*

242 Pectare *P*

249 Bertraminus] Rosselminus *P in ras.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

nobilibus titulis uiget illic clara suorum.
Hic accinctus erat gladio, fundaeque magister
hostiles acies lapides iaciendo petiuit.
Atque quod egregios fecisset saepius actus,
255 utpote qui sese cunctis conflictibus ultro
obtulerat, cuneos nihilum modicumue timebat
aduersos. Hostis qui muris stabat in altis
saepe, uelut uolucer quem gandinis appetit ictus
post frondem foliumue caput uelociter abdens,
260 proiectos lapides uitabat tegmine quoquo.
Hinc Balearis in hunc tectus septemplice tergo
intrepidum iuuenem quidam properantius ibat.
Hic igitur clipeum peditis post se uenientis
accipiens, hostemque sequens, in moenia saeuos
265 prouocat ad bellum Mauros de margine ualli.
Tunc Parthus cui prompta satis mens, promptior arcus
atque sagitta fuit, postquam contenderat arcum
transfodit fauces, penetrauit missile guttur.
Audacem mors atra uirum de nobilitate
270 tollit, quem socii deflent, caelique coronant.

259 Soliumue *Mur. Bov.*

260 lurabat *B*

262 Intrepidus *Mur. Bov.* · iuuenem *R B edd.* · quidem *Ugh. Mig.*

266 Acus *B*

LAVRENTII VERONENSIS

- Rore carebat humus Phoebi praestante calore,
iam matutinis algoribus attenuatis,
cum turmae dapibus sumptis Bacchique liquore
in Baleae muros promptis non segniter ibant
275 gressibus, atque tubae plus quam uicina replerant
cantibus, inque suis acies equitum peditumque
ordinibus steterant. Hastis uexilla micabant.
Signiferi ducunt acies, at clamor euntes
concitat et patulos inuadunt agmina muros.
280 Concurrunt hostes contra molimine toto
Alpheosque petunt et quam robustius instant.
Saxa ruunt, et tela pluunt, et spicula ritu
grandinis instantes populos utrimque petitos
concutiunt prorsus sternuntque teruntque premuntque.
285 Vimineas crates moles lacerare uidentur.
Vulneribusque ruunt alii, moriuntur utrimque
multi, conspicitur sanguis profusus ubique.
Iam remeare parant fessae per bella cateruae,

271 Cadebat *B.* Versus 271-272 sic habet *P.*:
rore pruinoso Phoebus praestante calores
et matutino iam frigore cura (rura *Cal.*) carebant

278 At *P.*

283 Utrumque *B P.*

284 Prorsus sternuntque] hostes contraque *B.* premuntque *P.*

287 Perfusus *edd.*

288 Fessa *Ugh Mig.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

- difficilemque nimis nequeunt plus ferre laborem.
290 Signifer Alpheus prompto per bella uigore
discurrit, reficitque suas hortando cohortes.
Adueniens super hunc magno cum turbine saxum,
uexillum lanians, hastam laeuumque lacertum
comminuit. De mortis eum rapuere periclis
295 quam celeres socii. Curae subiere medentum:
nempe Boni proles Petrus, Gerardus et Vgo
ipsum Paeoniis curarunt protinus herbis.
Casibus hic uariis discrimina Martis aguntur:
occumbunt plures, redeunt sine uulnere nulli.
300 Qualis ab Idaeis populus remeabat Achiuus
moenibus, et quales fuerant per proelia Troes,
dum bonus incolumes Hector Priamusque manebant,
protinus a pugna redeunt. Sed barbara turba
funeribus uariis plures habuisse querelas
305 creditur et multo plures habuisse dolores.
Cura patres Latios non parua dolorque premebant,
quod bene pugnatum sibi nullos attulit usus,
nam perfecta suis nec erat uictoria dextris,
hostis bella magis quam curam pacis agebat,

293 Hastam] hastamque simul *codd.*
295 Cura *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

- 310 et comes Ampuriae necnon Catalanicus heros
ad patrios remeare Lares properando petebant.
Causa recedendi quaenam uel qualiter esset
nuntia charta fuit Baleam transmissa Diana.
Illa Moabitam molitum proelia regem
315 et uastata satis narrauerat optima terrae,
omnibus inque locis Mauros referebat et ignem.
Rura, domos, segetes, fructus pariter populosos.
Post multum damni quod gens uesana peregit
et Tramaricem captam dixere liturae.
320 Fidus erat comiti qui chartam duxerat istam
et tamen haec fuerant aliter quam fama tulisset.
Nempe Pyrenaeam peruenerat hostis ad urbem
et sita Iudaeo fixit tentoria colle.
Vrgelli comitem, comitem quoque Sardiniaeque

315 Terra *Ugh. Mig. Post 315 uersus hos habet P:*
A Barchinonae muris nichil esse relictum
usque Terragonam quod lautum uisibus esset
317 Populosos] *deest B*
318 Vexana *B*
319 Tramaricam *edd. · ceptum P*
321 Tamen] tantum *Ugh. Mig. · fuerat Ugh. Mig. · alter Ugh. Mig.*
322-323 *sic habet P:*
nam Barchinonam praefatus uenerat hostis
castraque Iudaeo sua fecerat ardua colle
323 Video *R*
324 Sardiniaeque *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

325 dicunt et reliquos regionis ab usque Girunda
electos equites, quibus adsunt proelia luctus,
agmine collecto crudeles Ismaelitas
mirando pepulisse modo. Domino faciente
innumeras acies pauci pugnando fugarunt,
330 eque fugam uersis multi cecidere, uenirent
ad supra dicti donec deserta Salodi.
Captos constat equos plures, praedamque potentem
eripuisse ferunt equites peditesque Pyrenes,
nec Tramaricem captam, ceu dixerat ille:
335 damna quidem fuerant, sed commoda plura fuerunt.
Hanc comitis causam qua posceret ille recessus
diximus: ad reliquos nos ordo conuocat actus.
At comitem patres mihi monuere relatu
ut desistat ab his. Communia pacta per ipsum
340 intemerata rogant et iuramenta manere.
Ille licet causam quam patres dicere ueram
nouerat, a lucro sese non subtrahit, et mox

325 Girumda *Mig.*

326 Luctus] ludus *P* ductos *Mur. Bov.*

330 Eque] inque *edd.* · uersi *Mur. Bov.*

333 *Sic habet P:*

Barchinonensis populus perduxit in urbem

334 Cantam *P*

342-344 *Sic habet P:*

nouerat, a lucris se non substraxit auaris.

LAVRENTII VERONENSIS

pacta reformantur. Terrae iactura Pyrenae
ut reparata foret dictis statuere supremis.
345 Condere tecta patres, grauidis hiemalibus apta
temporibus, retroque iubent castella trahenda.
Incrementa parant belli, noua postulat hostis
foedera, foederibus non audet credere multum
qui sibi tam saeuos ui subdere nititur hostes.
350 Incustoditis etiam custodia non est
committenda uiris: iuuenum laudabilis aetas,
sed non omnis adest laudandus ob omnia sensus
floreum iuuenum, quos uinum, fercula, somnus
fallere saepe solent, nec possunt affore quaeque
355 tuta iuuentuti nimium quae diligit ista.
Ergo soporifero satiati corpora uino
Pisani iuuenes testudine nocte quiescunt,
hi quibus hostis erat Somnus depulsus ab ipsis

Pacta reformantur, Barchinonensia damna
ut reparata forent dictis statuere supremis
343 Terrae] turre *B*
345 Acta *B*
347 Parant] forent *B*
348 Audent *P*
349 *Sic habet P:*
qui uiolenter amant aliquam sibi subdere gentem
353 Vno *P*
355 Tua *Ugh. Mig.*
356 Superifero *B*
150

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

noctibus innumeris. Baleares edocet ergo
360 ut Pisana petant nocturno tempore castra,
et "Properate, precor, sunt in testudine —dixit—
"quos retinere queo, teneo, uincoque quiete".
Talia dicentem Balearis turba secuta
nocte silente fuit, cuius custodia prima
365 transierat. Veniunt milleni castra petentes
armati, piceasque ferunt cum sulphure flammam
permixtas. Aliquis piceum persentit odorem.
Admonet ut uigilent, sed iam uigilare nequibant
quos Somnus lenis titubanti texerat ala.
370 Auscultant quid agant hi de testudine: stertunt.
Immittuntque focum. Nihil est nisi somnus in illis.
Per tabulas flammis diffusis tecta cremantur.
Persentit strepitus Somno decepta iuuentus,
a crepitante cito soluuntur somnia flamma,
375 Protinus arma uiri capiunt, clamare potenter
incipiunt, una clamorem fecit et hostis:

362 Retire *P* · uinoque *edd*.
365 Potentes *Bov*.
367 Permistas *B* · praesensit *edd*.
369 Lenis] facilis *edd*.
370 Ascultant *R* · sternunt *edd*.
372 Diffusit *B*
374 a] ac *edd*.

LAVRENTII VERONENSIS

uocibus et summis totum circumtonat agmen,
undique concepti mouerunt castra tumultus.
In Baleae muros populus circumfluus ibat.
380 Postquam cuncta rogos consumpsit, robora flammae
perdiderant: Mauri uocitant sua numina, sanctos
reginamque poli blasphemant crebro Mariam.
Vt tenebris lapsis produxit ab aequore Phoebus
luciferos radios, populi feruente querela
385 colloquii patres promptissima signa dederunt.
Omnibus ad coetum uenit de partibus agmen.
Incipit Azo queri, sed contio tota querentem
attendit, breuibus narrantem singula dictis,
ignauos quosdam seu despectos uocitantem,
390 et defraudantes sacramentum pietatis.
Haec reliqui patres una populus comitesque,
haec uicibus crebris, non bisue semelue petebant.
Continuo castella trahunt retro bina, simulque
altera bina parant uelociter aedificare,
395 et mox ligna rates scripserunt cuncta daturas.
Nec mora. Ligna boues et mulus equusque tulerunt.

376 Hostes *P*

379 Balea *Ugh. Mig.*

386 At *Bov.*

392 Haec uicibus *codd.* (uiribus *Cal.*) uocibus haec *edd.*

395 Datturos *Ugh. Mig.*

152

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEXTVS

Mulus, equus uel homo de regis attulit hortis
innumerum uimen, uites, malosque, nucesque;
et, glaucae salices, si quae poteratis in ullo
400 rure recognosci, uos horum uincla fuistis.

397 Regnis attulit hostis *edd.*
399 Clauēē *B* clauē *R P* glanae *Bov.* · portatis *B*
Explicit liber VI *B*

LIBER SEPTIMVS

Quattuor aereas castella uidere per auras
surgere Pisana dudum poteramus ab arce.
Massiliae quondam Romae uiolenta potestas,
cui mare, cui tellus et plurima regna patebant,
5 ut superaret eam sane non celsius ullum
aedificauit opus. Rector Balearis ab ipsis
nocte dieque suos nescit conuertere uisus
turribus, et similes operi fecere Latino
artifices totidem subita uelociter arte.
10 Ac duplex aries quos crebro strauerat ictu
aedificare parant celeri molimine muros.
Inde Dianensem signatam mittit ad urbem
rex Baleae chartam, pontum breuis incipit alnus

Incipit liber VII *B*

2 Portamus *B*

3 Massilia *edd.*

4 Mares *Bov.* · petebant *Ugh. Mur. Mig.*

8 Et] ei *Bov.* · Latini *edd.*

9 Artificis *Bov.*

11 Molimone *P*

12 Inde] in *P* · Tianensem *Ugh. Mig.* · mittet *P*

13 Balae *Ugh. Mig.* · portum *P a. corr.* · alnus] armis *Ugh. Mur. Mig.* nauis *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

scindere, terra breui spatio litusque petita,
15 subsidium socii simul alta Diana fuerunt.
Cooperat et populus tales audire lituras:
"Nazaredeolus Balearis rector et auctor
"regni, mille suo felicia dona Buthali
"atque Dianensi populo non parua salutis
20 "gaudia. Velle meo uos quondam promeruissem
"ut quam tuta modo solacia uestra rogarem,
"sed tamen illa modo uobis solacia posco
"quae nullo regi cognosco iure neganda.
"Aduersatur enim cunctis communiter hostis
25 "qui Machamaticum celebrandum numen adorant.
"Nos leges moresque uetant retinere paternos,
"obseruare monent stat contra dogmata quicquid,
"et uitanda docent nostri praecepta Rasullae,

14 Sindere *B P*

15 Sociis *Ugh. Mig.* · Diana] diuina *P*

17 Nazaredolus *edd.*

18 Bicchali *B* Bichthali *R*

21 Quam tuta modo] quorum tuto *edd.*

23 Nulla *Ugh. Mig. Bov.*

24 Aduersantur *Mur. Bov.* · enim] eum *edd.* · cunctos *R B Ugh. Mig.* · hostes *R B edd.*

25 Celebradum *Ugh.*

26 Nos] has *Ugh. Mig. Bov.* his *Mur.*

27 Monenent *P* dogma *P*

28 Rasulla *Ugh. Rafulla Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

- "captiuosque petunt quos latus pontus ab usque
30 "Oceano seruire mihi Baleaeque parauit.
"Cuncta petunt etiam rerum discrimine nullo:
"captiuis habitis etenim, sine condicione
"poscunt ut regni nulla mihi parte relictis
"uita contentus regiones solus et urbes
35 "quas placet ingrediari uernis sociisque relictis.
"Vos modo, per nostras dantem Machamata leges
"perque meum uos oro bonum dandumque datumque,
"Christicolis Baleae populandum cedite numquam
"conspicuum regimen, quod uestro pollet honori,
40 "nam uestras replent eius bona plurima terras.
"At si non uultis nostras audire querelas
"nec uestrae mentes sola pietate mouentur,
"en trado uobis, Baleae defendite regnum,
"ne subeant hostes uestrae praecordia terrae.
45 "Strauerunt Ebusum, Baleae spectate quid instet

30 Mihi *ego*] meae *codd. edd.* · Baleaeque *edd.* Baleae uobisque *codd.*

34 Contemptus *P* contentis *Ugh.*

35 Quos *Ugh.*

38 Balae *Mur.* · credite *edd.*

39 Honore *Mur. Bov.*

41 Nostras audire] nostras replent audire *P a. corr.*

44 *Post v. 44 hunc uersum habet P:*

si Pisana manus uiolenter ceperit illud.

45 Balea *Mig.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

"per menses binos iam cuncta pericula passae.
"Belligeros strauere uiros, ad proelia fortes
"qui superare queant rari mihi nempe supersunt.
"Vires atque uiros cupio per bella potentes.
50 "En renouo muros quos strauit plurimus hostis,
"pugnacis Baleae turren reparantur et arces:
"confractas reparat turren saeuissimus hostis
"nisibus et summis alias adiungere certat.
"Ad Moroc regem, cuius uos nempe sub ala
55 "tutos non dubito pacis gaudere quiete,
"quas inuitus ago pro me deferte querelas.
"Suscipiat Baleae non temnendos famulatus
"atque tributa precor. Per eum retinere coronam
"et regimen cupio. Nostrum Machamata testem
60 "et data iura uoco quae nos retinemus ab illo,
"uel iuramentis quae certius addere possum
"legatis faciam uenientibus omnia uestris.
"Vos modo detis opem Baleae uestrae regioni,

46 Pericla *Bov.* · passa *edd.*

50 Renuo *Ugh. Mig.*

51 Artes *B P*

52 Stostis *P*

54 Ad Moroc] admoneant *Ugh. Mig.* ad mentem *Mur. Bov.*· regis *Mur. Bov.*

56 Per *edd.*

60 Retimus *B*

LAVRENTII VERONENSIS

- "ut qui cogit eam citius saluetur ab hoste."
65 Cognita sunt postquam quae narrat epistola regis,
legatos regi Moroc misisse Diana
fertur, et haec Baleam mittuntur scripta Buthalis:
"Rectori Baleae populisque tuentibus ipsam
"sub duce tuta suo generosa Diana salutem.
70 "Quod Latii uestras inuaserunt regiones
"nos grauat, et certe communia damna putamus
"si Baleare bonum nostro tollatur honori.
"Quod uos forte uolunt dimittere iura paterna
"inuitis uobis numquam scimus faciendum.
75 "Christicolae semper sunt contra dogmata nostra,
"nos propriae legi si possent subdere uellent,
"et seruire suis optarent cuncta tributis,
"gentiles populos sibi subdere quippe laborant.
"Nos et uosque simul parili discrimine seruos

63 Datis *Bov.*

64 Soluetur *Ugh. Mig.* soluetur *Mur. Bov.*

66 Legato *B*

66-67 *Sic habent edd.:*

legatos (per legatos *Mig.* legatis *Mur. Bov.*) regi (regis *Mur. Bov.*)
mittuntur scripta Buthalis.

67 Baleam mittuntur] Baleae direxit *P*

68 Ventibus *P*

69 Tuta] tanta *P*

70 Quod] qui *Ugh. Mig.*

74 Nobis *R edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

- 80 "quorum quis dubitet si uos uiolentia uincat?
"Nos habeamus opes, nos defendamus honores
"et regimen Baleae, qui misimus omnia Moroc
"scripta ferenda probo domino nostro Moabitae
"quae transmisistis, qui motus quippe suorum
85 "dilectis precibus comitatum mittet equestrem
"quam citius nobis. Classemque uirosque paramus
"ut sistamus eos tutos in litore uestro.
"Signaque cum uenient factos spectabitis ignes
"montibus in uestris, uestros attendite montes."
90 Cymba redit Baleam, uerum putat esse tyrannus
quicquid charta refert, et multum sperat in illis
promissis hominum quae mortua tergora narrant.
Cymbala pulsantur et tympana quaeque per urbem,
nec tuba nec lituus deuotis cessat ab istis
95 laetitiis, etenim Baleae sunt talia ludus.
Comperit interea cur gaudia duceret ista
barbaricus populus magnus Catalanicus heros
-

81 Habemus *B*
82 Maroch *edd.*
85 Dilectus *P*
86 Qirosque *B*
92 Narrat *Ugh. Mig. cingunt Mur. Bov.*
93 Timpama *B*
94 Lutuus *B*
95 Laetitia *edd.* · enim *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

et uocat in coetum proceres cunctasque cohortes,
ac uerbis terret si terreri potuissent,
100 quando Moabitas ex summo robore dixit
in patuloque docet fugientes ducere bellum,
nec fore poscendos nisi conducantur in artum,
moreque Parthorum fugiendo ferire sequentem.
Cum solo solum gladio contendere dixit
105 atque "Graues faciunt ictus si suppetit ense.
"Qui non nouit eos poterit satis ergo timere,
"at nos qui uariis bellis cognouimus illos,
"si uenient, auctore Deo, tute repetemus".
Sic comes. Ast Ebusum currentes mittere naues
110 uiginti patres communiter accelerabant.
At sex ex illis quae praecessere per altum
transiuere fretum, cursu propero uenientes
quo superest pelago de duris insula saxis.
Praebuerat portus urbs desolata Buthali,
115 qui timet audito Latias uenisse carinas

98 Centum *R*
102 Pascendos *edd.* · arctum *edd.*
105 Ensis *edd.*
108 Tutos reputemus *Bov.*
109 Ebatum *Ugh. Mig.*
111 Ac *R Bov.*
113 Sanis *Ugh. Mig.*
114 Vbrs *R* · Bicchali *B*
160

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

et cepisse duas rarium quas duxerat ipse.
Pectore sed dubio tandem meliora reuoluens
cogitat Alpheos quam tutos ire, nec umquam
aduentum sentire suum, sparsosque per aruum
120 tendere pro praeda tutaue manere quiete.
Vera reuoluentem nec inanis opinio fallit.
Ergo decem ratibus, reliquis consistere iussis
hic ubi portus erat tutus uicinior urbi,
remige quam celeri salsos inuadere fluctus
125 praecipit, ac portus aditusque requirit et ambit
anticipatque sinus Latios ubi nouerat esse.
A somno surgunt isti pugnare parantes.
Marinianus habens triginta scilicet ex his
quos secum duxit festinius ire parabat
130 et pugnaturum fugiturum seque putabat.
Cumque decem ratibus robur iuuenile per undas
pugnam committit, sed uulnere Marinianus

115 Timet] tenet *R edd.* · *auditu edd.*
121 Resoluentem *Bov.*
123 Totus *P*
124 Falsos *Ugh. Mig.*
126 Latio *B*
128 Marmianus *B*
130 Putabant *B a. corr.*
131 Cumque *Ugh.*
132 Marinianu *Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

- afficitur dare uela parans. Fugisse ualeret:
impedit hunc uelum quod tunc abeundo tetendit.
- 135 At Mauri super hunc properos fecere tumultus
et cepere uirum pariter sociosque ratemque,
debilitando prius uariis uulneribus omnes.
Tresque rates alias paucum munimine tutas
deuictas tandem secum duxere per undas.
- 140 Plures qui fuerant loca per longinqua remoti
ad castrum ueniunt quod rex Norguegius olim
tradiderat flammis, cum centum Hispana carinis
aequora sulcabat spolioque ex hostibus acto
uictor Hierusalem sanctas properabat ad arces.
- 145 Istud Pisani retinent, uillas repetentes,
carneque uiuentes, siliquis, et agrestibus herbis.
Radicibus plures etiam modicisque steterunt
impensis in eo discrimina plura ferentes,
saepeque perpingues his esca fuistis aselli.
- 150 Hosque Saraceni pugnantes crebro petebant.

133 Parant *edd.*

134 Velim *P*

138 Paucum munimine *ego*] paucorum nomine *codd. edd.*

140 Quae *Bov.* · remotae *edd.*

141 Norguenius *R edd.*

142-145 *Sic habet P:*

destruxisse datur, praedam de rure trahentes

144 *Ordo:* Hierusalem uictor *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

Castrum tutamen Latiis erat hospitiumque.
Interea geminae de sex rediere carinis,
amissis reliquis, praedamque ratemque reducunt
quam Baleae rector fertur misisse Dianam:
155 sarcina chartarum, quam uir tellure leuare
uix posset, patribus data legatique fuerunt,
inter quas pariles scripturae comperiuntur:
"Nazaredeolus, retinens sua regna sinistris
"auspiciis, caro per cuncta ualere Buthali.
160 "Scripta tibi populoque tuo transmissa recepta
"non dubito, legique tuas cupiendo figuras.
"Quando rates poterant fluctus sulcare secundos
"te mea prompta fides credebat fluctibus uti,
"nec de te mea spes mentem bene nota fefellit:
165 "coeptum stabat iter, uobis dabat insula portus
"quae prior est per me subitae subiecta ruinae.

150 Crebo *B*
152 Carinae *edd.*
153 Ratamque *P a. corr.*
157 Quos *edd.*
158 Nazaredolus *edd.* · regna] signa *R edd.*
160 Sibi *edd.* · suo *edd.*
161 Suas *edd.*
164 Mente *B*
165 Nobis *edd.*
166 Est] ut *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

"Gratulor audito uestro super hoste triumpho,
"acta foret tamquam propria uictoria dextra.
"Non tamen inde meae plenissima gaudia menti
170 "sunt, etenim uestros narrat mihi fama recessus
"saepeque sublimi de turri cernere flammam
"promissas cupio, sed eas spectare uolenti
"si fierent prohibent mihi cum caligine nubes.
"Illis iratus: «Citius discedite —dico—.
175 "«Non ualeo per uos mea grandia uota uidere».
"Discedunt, totoque patet cum monte cacumen.
"Prospicio: nusquamque tuus uiget ignis in illo,
"ignis at ille meus qui tot tot noctibus ardet
"in sublime sua dat grandia lumina flamma.
180 "Credere non possum uestras remanere carinas
"quin ueniant. Dabit ora locum, quo nempe uenire
"intrepidus poteris Baleae solacia praestans.
"Si qua mei tibi cura subit, dilecte fidelis,

167 Triumpho *P*

169 Mea *edd.*

171 Saepeque] saepius et *edd.* . de turri] decurri *R B* de strue *edd.*

173 Fuerent *Bov.*

177 Nusquamque tuus] nusquam tuus *R* nusquam dictus *edd.*

178 Tot tot] totis *P*

179 Flammam *P* flammam *Cal.*

181 Hora *codd. edd.*

183 Curat *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

"non regimen portusque meos nec munera sperne.
185 "Subsidieris ob hoc mihi quatenus, hoste fugato
"et uicto pariter mecum communia regna
"et commune bonum possis constanter habere."
His etiam lectis quam plurima scripta leguntur
quaeque neci missos et eorum nomina narrant.
190 Designant etiam quibus ictibus occubuerunt,
et languore, fame gentem gladioque coactam,
uelocis citius passuram damna ruinae.
Interea reliquae seruantes aequora naues,
contempto patrum iussu praedamque secutae,
195 uicinas ponto uillas et castra pererrant.
His uectos Mauri sparsos per rura sequentes
gaudebant cunei propero cohibere tumultu
et uictos pariter praestante uigore necare.
His inerat Salomon, Flaua de gente creatus,
200 cum ratibus geminis Pisanis associatus
uiribus, et membris ingens specieque decorus.

185 Subsidiaris ob hoc] hoc propter ridens *edd.*

188 *Ordo*: lectis etiam *P*

189 Missos *edd.*] deditos *codd.* · horum *Bov.*

190 Designat *Ugh.*

191 Famis *Bov.*

196 His uectos Mauri] ast hos Maurorum *P* his uectos Mauris *Ugh.* his uectis
Mauros *Mur. Bov.* hic uectus Mauris *Mig.*

198 Praerante *P* · negare *R B Ugh. Mur. Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

- Hic intra quaedam ualidi campestria castr
collectis spoliis nauem properando petebat.
Multus eques multusque pedes contendit in ipsum
205 inque resistentem collatis uiribus iuit.
Hunc paganorum strauerunt agmina postquam,
a sociis homini caput abscidere relicto
uexillumque sibi uitam pariterque tulerunt.
Haec noua facta uolant dum multos omnia terrent.
210 Appropriantque dies Aduentus Omnipotentis
inuictique Dei, de uirgine quando parente
Christus nostra salus carnem nascendo recepit.
Languor in urbe grauis Baleari, cura, famesque
barbaricum populum non leniter attenuarant.
215 Hinc praeter carnes hiemanti cara fuerunt
omnia militiae, nec uino carius ullum.
Insula uastatur Baleae, rex foedera poscit.
Fama refert comites regi de pace locutos
uenales factos priuataque dona rogare,

204 Equus *P a. corr.*
209 Multas *R B Ugh. Mig. - omina Cal.*
210 Appropriatque *Mur. Bov.*
211 Parentas *Ugh. parentes Mur. Bov.*
213 Cura] cara *R B Ugh. Mur. Mig. dura Bov.*
214 Leuiter *R edd.*
215 Hremanti *B hiemante P*
218 Locutus *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

- 220 et propter reditum Baleae naues habituros
cum quibus ad patrios portus remeare ualerent
si modo Pisani iungi sibi foedere nollent.
Alpheis igitur ducibus quasi religionis
sermone faciunt, fraternas affore curas
- 225 pectoribus referunt, captiuos esse petendos
obsidibus sumptis, citiusque rogant redeundum.
Et cunctis coram sunt talia uerba locuti:
"Quod petimus rex omne facit. Vos laudis honorem
"quaeritis et bellum tantum pro laude mouetis
- 230 "seu pro diuitiis, uos et Maiorica uestros
"sat paruipendit tantos illaesa labores.
"Creditis et cleris qui uos pugnare iubentes
"agmina conspiciunt toto fluitantia campo.
"Bella uidere uolunt, gaudent de sanguine nostro.
- 235 "Quorum doctrinam, monitus, et iussa refutent
"hi qui uictores cupiunt ex Marte reuerti.
"Nos igitur nullus iubeat pugnare sacerdos:
"quam caedat mucro nescit, quam lancea pungat.

226 Ctiusque *B*
228 Honorum *Ugh.*
233 Toto fluitantia] tot iam fluctantia *edd*
235 De quorum *P*
237 Hos *Ugh. Mig.*
238 Mucro] numero *Bov.* · pugant *Ugh.*

LAVRENTII VERONENSIS

- "Incipiat, faciat qui diligit ista iubere.
240 "Dicta quidem a factis multum distare uidentur.
"Nos qui sentimus crebrosque rependimus ictus
"arbitrio pugnare decet, non iussibus horum.
"Contra iustitiam iuste committere pugnam
"nemo potest. Iusti iustam cognoscite causam.
245 "Sunt pro captiuis qui se uenisse fatentur,
"sed pro mundano nimis altercantur honore.
"Captiuis habitis aliud linquatur, et ultra
"nec laus, orbis honor, nec inanis pompa petantur,
"sed uexilla super pateant communia turre.
250 "His habitis maiora quidem quicumque requirit
"aspicit haud recto Balearica moenia uisu.
"Adde Moabitas, quos exspectare feruntur,
"qui quantum gladiis et quantum cuspide possunt
"quippe uiri Martis docuit nos bellicus usus.
255 "Si uenient ergo praedam de rure feretis?
"Felices sane nimium si castra tenere

240 Quidem] quod *P B* · distere *Ugh.* · uidetur *Ugh. Mlg.*

243 *Ordo*: pugnam committere iuste *P*

246 Nisnis *P a. corr.* · altercantur *B a. corr.*

247 Linquat *P*

249 Sex *edd.*

254 Vos *edd.*

255 Veniant *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

- "uos quoque tutari prompte ualeatis ab ipsis.
"Spes praedae nec erit. Gens haec qua lege ualebit
"uiuere, uitalis quando sibi decidet usus?
260 "Indubitanter equis nobisque cibaria desunt.
"Nec tam prolixa magis est ambage morandum.
"Dicite quapropter. Si regia foedera uultis
"et facitis patrias una tendamus ad aedes,
"siue refutatis nos incunctanter abimus".
265 His respondentes aiunt Henricus et Azo:
"Quisquis ad has partes aliud fortasse requirat,
"nos pro captiuis ad eas uenisse fatemur,
"non ob eos tantum quos detinet insula captos,
"ast ob eos etiam quos detentura fuisset.
270 "Extirpare malum Domino faciente putamus,
"nec uolumus post nos tantum remanere barathrum,

256 Sane] sa *P*

257 Durari *B*

258 Gens haec qua lege ualebit] gens qua lege ualebit *Ugh. Mig.* qua gens in lege ualebis *Mur. Bov.*

259 Tibi *edd.*

260 Equis *deest B*

261 Prolixas *B* · est] ut *Bov.* · abage *P*

264 Vos *edd.*

265 Respondere *Mur. Bov.* · aiunt] occurrunt *edd.*

269 Detentura fuisset] detentam fuisset *B* defensum fuisse *Ugh. Mig.* defensare fuisset *Mur. Bov.*

271 Nec] haec *B*

LAVRENTII VERONENSIS

"non quia Pisani plures teneantur ab eius
"pestiferis uinclis: plures de nomine uestro
"perpetuis poenis hostilis turba trucidat.
275 "Nobis uestra fides, socialia foedera spondens,
"sub iuramento sese coniunxit, et ultra
"quam iurauistis uos obsecrare nequimus.
"Non tenor hoc faciet iusiurandum reuocari,
"uelleque pro nostro nos non reuocabimus umquam:
280 "facta semel iuste stat turpe resolvere saepe.
"Paremus clericis quia uenit ab ordine sacro
"iussio pugnandi, nam iussit proelia papa
"sedis apostolicae, cuius praecepta secuti
"tantum propositum nusquam mutare ualemus.
285 "Cur discedatis non fecimus, haud faciemus.
"Hic neque discessus uobis uideatur honestus.
"Si desunt uestes desuntque cibaria uobis,
"uobis et uestris quod conuenit omne paramus".
Auditis comites his uerbis conticuerunt,

277 Iurauistis] iura iustis *Ugh. Mig.* · uos] nos *R Ugh. Mig.* non *Mur. Bov.*
278 Tenor *corr.* timor *P* timor *Mur. Bov.* tenor (forte timor) *Mig.* · reuocare *P*
reuocati *Ugh. Mig.*
279 Nostra *Ugh.*
280 Tat *P* · reuoluere *P*
281 Cleris *P*
285 Cur] ni *Ugh. Mig.* ne *Mur. Bov.* · haud] barto *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

- 290 a patribus sumptus qui largos saepe petentes
in proprios usus communia quaeque trahebant.
Gothorum procerum postquam siluere furores,
a pelago redeunt custodia publica prorae
allatis scriptis Baleam quae cymba ferebat,
295 inter quae fuerat memorati charta Buthalis.
Impensas multas ab amico nomine factas
commemorando refert: curet persolvere quicquid
pro se largiri rex obsecrat amicum.
Subsidium reliquum si quod iubet ille parari,
300 immensos sumptus festinus mittere curet.
Venturum sese mature praemonet ante
quam geminare queat binaria cornua luna.
At Pisana manus solitas non deserit artes
quae sibi proficiant festinans aedificare.
305 Prouidus obsessam Karolus legatus in urbem
progreditur, regi parili sermone locutus:

289 Comitibus *Ugh. Mig.*

290 Largo *Ugh. Mig.*

291 Propios *B*

298 Obsecraret *edd.*

303 Arces *B*

305 Obsessam *Bov. · Narolus edd.*

305-306 *Sic habet P:*

Patrum praeceptis intrant quoque Carolus urbem
iam dicto regi simili sermone loquutus

LAVRENTII VERONENSIS

"Iussio Pisarum, rex, nullis territa factis
"ad te me iussit concordi uoce uenire.
"Huc missus patribus sociisque fauentibus adsum,
310 "inque meo sensu posuerunt publica facta.
"Prospice quod docti debent ad cuncta uidere,
"et regimen retinere tuum cum pace labora,
"non quia Pisani multum tua foedera curent
"aut sine perfectis Baleae remeare triumphis
315 "optent. Ista tuae sint constantissima menti
"uerba, nec obtuso memorabis singula sensu
"quicquid dico notans. Tibi iam perpende quid instet.
"Es sapiens habitus, proprio sic consule regno
"ut ualeas saluus tibi conseruare fideles".
320 Dixerat, et regis recipit mitissima uerba.
Thesaurus cunctos, spoliū promittit et urbis,
uelleque pro sancto Petro se regna tenere
et pro Pisanis patulo sermone fatetur.
Hincque cito sese spondet responsa daturum.
325 Inde redit Karolus, Pisanae uerba cohortes

307 Pisanum *Ugh. Mig.*

313 Nor *P*

314 Triumphas *P*

315 Sunt *edd.*

316 Obtuso *edd.*] inerti *codd.* · memorabilis *P*

319 Saluos *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

- accipiunt, et amant pacem, laudantque, uoluntque.
Obsidibus post haec quaesitis pacta secundum
nobilium natis, mutauit uerba tyrannus,
nam legis non esse suae praebere tributa
330 Christicolis dixit uel ab his regimen retinere.
Firmat et haec ueterum consulta fuisse suorum.
Albitione sati ueterem miratus amorem
absque sui culpa uitioque fuisse remotum
a se, scire uirum cupideque uidere precatur.
335 Hic regem quaesitus adit, secumque nepotem
ducit, et alterno regi coniunctus amore
admonet ut populi Pisani compleat omnem
ipse uoluntatem. Spondet rex, nec sine fraude.
Interea Pisana super pia lumina flectens
340 Astripotens rector respexit ab aethere castra,
et quae languerant mox conualuere cohortes.
Sed requies est nulla uiris. In luce labores,
nocte repentino feruentia castra tumultu

325 Narolus *edd.* *Ordo*: Karolus inde reddit *P*
329 Praebere *P*
332 Fati *Bov.*
335 Quaesitis *B a. corr.*
336 Coniunctus *Ugh. Mur. Mig.* conuictus *Bov.*
338 *Ordo*: rex spondet *R edd.*
341 Languerat *P* languerunt *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

crebro sollicitant stridentes Ismaelitae.
345 Cumque die quadam nonae succederet horae
Oceanique maris peteret confinia Titan,
stat uice qui comitum campum petit inclitus Vgo
cui Tepertiades comites sunt atque Recuccus.
Inter condensos cuneos memorabilis heros
350 signiferum petiit, iaculi penetrabile ferrum
pectore submissum fixit tellure ruentem.
Hinc Libycus quidam ruit ictu stratus ab eius,
ferrum gleba tenet, praetentaque frangitur hasta.
At pedes heroem Maurus iaculando requirit
355 atque frementis equi transfigit uiscera ferro.
Iratu iugulare parat Mauortius Vgo
barbaricum iuuenem, medios quoque currit in hostes
debilitatus equus tenera cum concidit herba.
Infremit, et Mauros ardenti lumine spectans

345 Quaedam *Ugh. Mig.* · non ne *P*
348 Tempexedes *edd.*
349 Memorabilis *B*
350 iaculi *deest P* · penetrabile *P*
351 Subnixum *edd.*
352 Stractus *Ugh. Mig.*
354 Herem *P a. corr.* · Maus *P*
356 Mauortius *B*
358 Cui *P* · condidit *B a. corr.* consedit *edd.* · herb *Mig.*
359 Lumine] munere *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

- 360 pugnat, et ense ferit se circumquaque petentes,
multorumque simul conflictus excipit unus.
Cui dum subueniunt Parlasius Vgo Dodoque
dat properanter equum bene promptus ob arma Recuccus.
Iussa patres renouant, hoc nam praedantibus addunt:
- 365 ut non desistant regionis tecta cremare
et iugulare uiros si quos reperire ualerent,
ac solidos spondent equitis de uertice quinque,
pro iugulo peditis binos dare constituentes.
Sic Baleae regnum gladius populatur et ignis.
- 370 Inde uiris nummi ueniunt Baleaeque ruina.
Pisanos equites cunctos uigilare simulque
constitit in totis circumdare noctibus agmen.
Tresque uices noctis, quibus alternare labores
continuos possent et se recreare quiete,
- 375 sub tribus egregie generosis distribuerunt.
Ergo uicis primae curam Gualandus habebat

362 Perlasius *edd.*
363 Ob arma] arma *Ugh. Mig.* ad arma *Mur. Bov.*
364 Renouent *P a. corr.* · nam] non *Ugh. Mig.*
365 Recta *Ugh. Mig.*
370 Nummi] numini *P*
371 iugulare *R B edd.*
373 Vices] cuces *R B cruces edd.*
375 Gregie *P*
376 Vicis] crucis *edd.* · Valandus *P B*

LAVRENTII VERONENSIS

Gualando genitus, fuit Ildebrande secundae
tradita cura tibi Matti pulcherrima proles,
praesidet extremae Leo clara propago Leonis.

- 380 Hi loricati sociis comitantibus ibant
murales aditus crebro terrore petentes,
inque die castella super facienda morati,
ligna trahi, crates fieri properando iuebant.
Dux Catalanensis, cui plurimus adfuit astus,
385 ad loca siue uias per quas iter esset ad urbem
intentus spoliis multo cum milite stabat,
inque Saracenos praeda iugulisque potitus
letales studuit crebro conferre ruinas.
Hoc et idem studium prae cunctis Balcius heros
390 militiae ducibus clarus bellator agebat,
qui si quem prompto poterat superare uigore
decapitabat eum, nec ei parcebat ob aurum.
Per solitos mores gelido mediante Decembri

377 Valando P B · Ildibrande P
378 Mattij Otti Ugh. Mig. Gotti Mur Bov.
382 Dies Mig. · murari Ugh. Mur. Bov.
383 Videbant P
384 Catalanensis B · actus Bov.
386 Stabant B
387 Inqua P
388 Crebo B · conferro P a. corr.
392 Parcebar P

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

frigora multa dabant uenti canaeque pruinae,
395 albebant Baleae niuibus et grandine montes:
artabant Mauros aurae de frigore natae.
Nempe notabantur cum cantibus edere fletus
quos proferre solent uigiles super ardua curae
moenia. Pisani frigus gelidasque pruinas
400 et gentes aliae laetanti corde ferebant.
Pluribus at uicibus memorantes singula patres
colloquiis crebris bellum properare iuebant,
armatasque rates Ebusi misere relictis,
coeperuntque leues pelagus sulcare carinae.
405 Sed prius a Balea puppis non magna recessit
quae ueniens Ebusum fines poscebat Hiberos.
In rate iam dicta fuerat clarissima quaedam
in patriam rediens cum paruo femina nato.
Sulcantem pelagus castro uidere morati
410 et latuere prius ne conspicerentur ab ullo.
Moxque sinus adiit castello prora propinquos

393 Salitos *P a. corr. solitas Bov. · moras Bov. · gelito Bov.*
395 Et] dum *edd.*
396 Arctabant *edd. · aurae] curae edd.*
400 *Post hunc uersum iteratum 403 habet B*
401 Pluribus at uicibus] uicibus at multis *edd.*
404 Sulcare *P · carinas B*
405 Ab alea *R*
409 Castro uidere] castris uidisse *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

ac prodire uiri festinauere carina.
Dum loca scrutantes aequatis gressibus irent,
exsiliens Pisana phalanx promptissima Mauros
415 primitus obstantes iaculis gladiisque necauit,
sed seruatur ab his cum nato femina paruo.
Intrantes igitur nauem sulcare parabant
pontum, cum totis aptabant carbasa remis,
cum subito uidere duas freta scindere puppes,
420 haeque cito cursu remis et fluctibus usae
litora contigerant uicino proxima castro.
Pisani postquam sese nouere uicissim
gaudia deposito duxerunt tanta timore
quanta forent dulci pro nato gaudia matri,
425 si captus dudum nunc esset ab hoste reuersus
redderet aut fructum diuina potentia uitae.
Inde cateruatim uillas montesque petentes,
innumeris Mauris gladio stridente necatis,

412 Ac] a B · festinare P
414 Exilient B
418 Aptantis P
420 Haeque] neque *edd.*
421 Contigerat *Ugh. Mig.* · castra *Bov.*
422-431 *Desunt R edd.*
423 Gaudio B
426 Functum P
427 Cateruatum P · uillam *Cal.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

- ad Magnam Baleam celeres fecere recursus.
430 Laetati patres omnes populusque ducesque
sumptus ac uestes sociis tribuere receptis.
Interea Petrum rex aduocat, ille uocatus
festinanter adit regem placideque salutat,
astutoque uiro cautis sermonibus inquit:
435 "Vt bene cognoui rector carissime uerum
"sub primis uerbis coniungent foedera tecum
"Pisae (te memorem uerborum credo priorum),
"cum quibus acceleres firmam coniungere pacem
"dum potes, et citius facias quodcumque requirant.
440 "Sum quia Pisanus (nec ob hoc mihi credere sperne
"consiliisque meis) si tu modo credere uitas,
"adueniet tempus quo rex mihi credere uelles
"et dictis parere meis, si posse daretur".
At Petro Baleae respondit talia rector:
445 "Petre uolunt omnes thesauros tollere nobis,
"nec quicquam penitus uestri dimittere ciues.
"Diuitiis pauci nostra ditantur in urbe.

431 Sumptis *P* · uestis *P*
432 Patrum *P a. corr.* · uocatis *P*
433 Placiteque *P*
441-442 *Iterantur et expunguntur P*
442 Aduenit *B*

LAVRENTII VERONENSIS

"Aes tam grande dari non est etiam leue paucis,
"ultra posse meum dare me sibi uestra requirunt
450 "agmina. Quod possum largiri quaerere curent.
"Captiuatorum si reddo sufficit agmen,
"et cum perpetuo linquant mea foedere regna.
"Vnde uiri uestri si non flectuntur ad ista,
"inter nos et eos fiet pro uelle Tonantis".
455 Sic ait, auditis istis discessit uterque,
retulit ad socios colludia regia Petrus.
Dumque dies fluerent, festinauere paratus
heroes Latii cogendo uiriliter hostem.
Hi uillas et rura petunt, pars obsidet urbem,
460 caedibus et flammis regnum uastatur ubique.
Tunc Arelatensis lustrans loca singula rector
castra refutabat facta sine strage uidere.
Nempe Saracenos truncos sine uertice plures
assiduus fecit, cuius sine sanguine fuso

448 Dare *Bov.*
449 Sibi] quid *edd.*
452 Foedera *B* · regia *P*
453 Vrii *P* · flectantur *edd.*
456 Deest *R edd.* · collidia *P a. corr.*
457 Cumque *R edd.*
460 Vastantur *edd.*
462 Vdere *B*
463 Trunco *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

- 465 non rediit mucro, nec acutae cuspidis hasta.
Et sic Tartarea regni per inania nigri
compulit ire uia multos inferna petentes.
Cerberus obstupuit tenebrosae portitor aulae
latratusque dedit, simul atraque regna tenentem
470 reddidit umbrarum pavidum uox garula regem.
Ille suo famulo: "Cur clamas Cerbere? —dixit—
"Iam iam pande. Quid est? Cur sic mea iura resoluis
"pestifero clamore tuo toruoque latratu?
"Infelix custos uocem sonitumque repone,
475 "uel dicas citius quae gens mea regna subintrat,
"quis populos tantos tenebras sine luce petentes
"sic properare facit. Pandas quoque Cerbere causam".
Ille suo regi triplici sic ore locutus:
"O tenebrose pater, Pisanae robora gentis
480 "bella tuae Baleae fecisse feruntur in ora,
"si pars existit regni Maiorica nostri.

466 Tartarei *edd.*
467 Multos] plures *P*
468 Obstupuit *B*
469 Atraque *deest P*
470 Reddidit] reddit et *Bov.*
471 Clamas] latras *edd.*
474 Custos] cunctos *Ugh. Mig. tantam Mur. Bov.*
477 Properare] sperare *R B edd.*
480 Fecisse] fuisse *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

"Roma quidem monuit, dimisit papa reatus
"pro captiuatis populo certare uolenti.
"Plurima damna facit nos haec tolerare potestas.
485 "Tartara nulla timent monitis eius morientes.
"At nostros Pisana cohors et Balcus heros
"Tartareis regnis et opus transmittit eorum.
"Nunc ueniunt multi, plures mihi crede futuros
"cum Latiae turmae gladiis populantibus urbem
490 "intrabunt nostram. Tu mox fabricare catenas
"me suadente iube. Meruit tua turba ligari,
"ne fugiat poenas quas iam meruisse putatur,
"quae Baleae regem late ueniendo sequetur:
"secum quippe tuis feret agmina plurima regnis".
495 Dixit, et infremuit furiosus rector Auerni.
Terruit et Manes querulo clamore tyrannus.
Exululant animae misera de carne solutae
uoce fremente ducis, mox vallis ad ima recurrunt.

481 Existis *R B edd.*

483 Certanre *P*

484 Nos] uos *Mur. Bov.* · potestis *Mur. Bov.*

487 Opes *Mur Bov.* · transmisit *edd.*

488 Futuris *Mur. Bov.*

490 Nox *P*

494 Fert *B*

495 Inflamuit *B* · uector *Bov.*

498 Vox *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

Occupat hinc languor regem. Faciente timore
500 ille dolore caput queritur pectusque teneri.
Hinc thalamos intrare parans minuisse cruorem
dicitur et post haec paucis uixisse diebus.
Ante tamen Burabe regimen cessisse putatur.
Ille quasi patris perfundens balsama corpus
505 condidit et fleuit multum posuisse sepulcro.
Cerberus hunc postquam digessit ad antra Gehennae
perque tenebrosam duxit Machamatus urbem,
stipitibus petitur, concurrunt undique Manes.
"Ad me ferte meum" conclamat sessor Auerni.
510 Aeacus adstiterat dextra, laeua Rhadamanthus,
et medias inter dixerunt talia flammis:
"In taetro genitor cui non est agmine compar
"ante tuos Baleae rex est aterrime uultus,
"qui fecit plures homines occumbere ferro,

500 Dolere *Ugh. Mur. Mig.*
502 Vexisse *P uisisse B*
503 Burabae *Ugh. Mig.*
504 Ille quasi] illeque tunc *edd.*
505 Posuitque *P*
506 Discessit *Ugh. Mig. descendit Mur. Bov.*
508 Concurruit *P*
509 Forte *Ugh. Mig. . sessor P*
510 Rodomantus *codd.*
512 Taetro] toto *edd. . genitus Mur. Bov. . cum Ugh. Mig.*
513 Duos *R B edd. . acerrime edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

- 515 "compulit et multos Christi dimittere legem.
"Et quoniam nobis socios portavit amores,
"da sibi flammifera consistere semper in aula,
"condignasque suis meritis mox exhibe poenas.
"Huius et aeternis da flammis affore gentem,
520 "perpetuasque iube socios portare catenas."
Turba ferum Baleae regem comitata querelas
praebuit ad varios subito distracta dolores.
Ille tridente suo feruentes concitat ignes,
exustumque facit tectum penetrare fauillas,
525 eque uenenata faciens conuiuia carne
"Vos fidusque meus mecum discumbite" dixit.
Paruerant iussis, ueniunt ad prandia Manes.
Ipsorum sedes lapides perhibentur adusti,
exurens penitus consumit flamma sedentes.
530 Primi feruentes gustus uenere colubri,
igneae qui uiui gustantum uiscera torquent.
Arida conuiuio sitis est, sanguisque draconum
-

518 Condignansque *P a. corr.*

519 Et *deest edd.* · da] *de edd.*

521 Comitata] *conuicta edd.*

525 Aeque *Ugh. Mig.* · uenenosa *edd.*

527 Paruerat *edd.*

528 Sedes] *pedibus edd.* · praebentur *edd.*

529 Consumit *edd.*

530 Seruente *Mur.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER SEPTIMVS

felle niger multo tribuit potantibus haustum.
Has epulas buffo prunis sectatur adustus,
535 innumerusque fuit. Lernaea uenena simulque
perfusum supra fortem tribuere liquorem.
Pocula succedunt Nesseis mixta uenenis.
Gustantum postquam feruentia uiscera torquent,
spirituum rector nigrorum taliter inquit:
540 "O mea turba meis Balearem discite regem
"sedibus, et quoniam cunctorum uiscera feruent
"una Tantaleas uobiscum tendat ad undas.
"Sed uestrum super hoc prius exigo cernere ludum."
Vt lapidem Baleae mutum consistere regem
545 conspiceres, tuleratque suos obliuio sensus.
Obstupuit, quoniam rapuit terror sibi mentem.
Conuiuiae tandem post talia iussa tyranni
exsiliunt, raptumque trahunt per inania regem
Tartara, dilaniant, undis glacialibus addunt
550 exustum torrem: sitis est algore soluta.

532 Conuiuiis *B*

534 Buffo] busso *edd.* · primis *Ugh. Mig. primas Mur. Bov.* · sectantur *Bov.*

536 Forcem *B*

537 Nescis *B uariis edd.* · immixta *edd.*

538 Viscere *B*

546 Rapiunt *Ugh.*

548 Exilium *Bov.* · inania] moenia *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

Mittitur in flammis, dolor est algorque calorque
ignibus amoto. Senserunt uiscera postquam
pestiferam siccata sitim, properavit ad amnem,
sed nequit accensos ob aquam remouere calores,
555 nam latices postquam uoluit contingere labris
adstantem fugiunt umbram. Tunc margine ripae
ut lapis immotus prorsus stupefactus adhaeret.
Deglutit miserum uariarum forma ferarum,
sicque ferum regem tenebrosus dissipat Orcus.

552 [ignibus] in quibus *edd.* · amoto] admoro *P* a motu *Mur. Bov.*

553 Situm *P*

554 Remoueres *P* · calores *deest P*

558 Deglutit] diligit *B a. corr.* · ferarum *P*

559 Dissipat *P*

Explicit liber septimus *R B Ugh.* Explicit liber sextus *Mur. Mig. Bov.*

LIBER OCTAVVS

In solio regni Burabe post ista leuatus
non permansuros citius conscendit honores,
usus enim regni fuit haud sibi tempore longo.
Cui Pisanorum captiuos turba requirens
5 a duce crudeli non congrua uerba recepit.
Iam Natalis erat quo Christus uirgine natus
obscurum mundum diuina luce repleuit,
dumque pii festi summi celebrantur honores,
luxque pio populo postquam bis quarta refulsit,
10 Maimonem sociosque datos nouus ire Dianam
rex iussit. Fluctus intrauit prora marinos.
Pisani uidere ratem citius properantem.
Tunc festinanter puppes intrare parantes
sumptibus auxerunt praebentes singula patres.
15 Et dum forte uiris alimenta darentur et arma
Maimo peregit iter, sed qua trahit impetus illum

Incipit liber octauus *RB Ugh.* Incipit liber septimus *Mur. Mig. Bov.*

1 Ista] cita *Bov.*

2 Consendit *P*

9 Refulgit *Bov.*

16 Pergit *edd.* · qua] quia *RB* · impetus] impetro *P*

LAVRENTII VERONENSIS

non seruando uias illuc sua uela relaxat.
Spes erat hunc cito posse capi, si signa uiderent
qualiacumque ratis, sed uentus carbasa perflans
20 luminibus puppem citius subtraxit eorum.
Maimo uiam fecit, Latii rediere uolentes
in Baleae regnum studiosas ponere curas.
Et dum nituntur coeptos superare labores
alterutro referunt multi si uiribus aut si
25 ingeniis nequeant ex hoste tenere triumphum.
Ad proprias remeare domos ultraque morari
sese posse negant, pro morbo siue calore
extinctos memorant ex aegritudine plures
seu gladio socios, paucos quoque uiuere dicunt,
30 pro Baleae pariter destructas affore Pisas
urbe satis stultum, sine re, sine mente uideri.
Ergo rates omnes celeri reparare laborant
auxilio, coeptos nec deseruere paratus.
Interea belli Catalanicus aestuat heros
35 pro studio, magnaue ducem comitante caterua,

17 Relaxit *P*
21 Facit *P*
27 Borbo *B*
28 Ex] heu *edd.*
30 Balea *edd.*
33 Captos *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

qua locus insidiis est ualle reponitur una.
Sol fuerat, prima radiarant omnia luce
saecula, porta patet, de moenibus egredientes
per loca tuta meant solito gestamine Mauri.
40 At comes in saeuos audacter prosilit hostes,
urbanam iuxta committens proelia portam
quae portum spectat qui Pineus est uocitatus.
Vtque Moabitam uiridi prostrauit in herba,
hasta uiri dextrum de muris acta lacertum
45 transiit. Exultant Mauri letale putantes
hoc comiti uulnus. Post haec properando per urbem
nomina falsa ferunt comitis de funere ficta.
Hinc reliquae gaudent seruantes moenia turmae,
extinctumque canunt comitem, iugulare minantur
50 Alpheos, seu perpetuis macerare catenis
ac poenis uariis alto clamore fatentur.
Haud secus Alpheos factos sine principe clamant,
suadentes etiam ipsis si uiuere curent

35 Studio] stimo *P*

37 Sol] sed *P*

38 Sarcula *edd.*

45 Letata *P a. corr.*

46 Comite *P a. corr.* · uulgus *Mig.*

51 Poenis] premi *Bov.*

53 Ordo: ipsis etiam *Bov. fortasse propter hiatum* · curant *Mur. Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

- ut properent ad eos sub deditione uenire.
55 Pisani contra: "Conuicia uestra minaeque
"nos sub rege poli non cogunt ulla timere.
"Venimus a patria summo sub principe Christo,
"cuius ob auxilium Baleae superabimus urbem,
"qui seruos Satanae grauibus uincire catenis
60 "et gladiis nostris penitus dabit esse necandos.
"Illaesumque, canes, comitem scitote Pyrenum,
"et uestrae uicina satis fore tempora cladis."
Post haec contendunt ad moenia ducere turres.
Gens diuisa locis, patres, diuisaque bella.
65 Mox solidae terrae fossas uelociter aequant
ligna, lapis, uegetes, glebae, proiectaque moles.
In muris Mauri, nec progrediuntur ab urbe.
Hinc uigor Alpheus turres ad moenia ducit,
assistunt acies, perfringunt agmina muros.
70 Interea Pisis matronae siue puellae
deponunt cultus et templis semper adhaerent:
-

54 Declinatione *P*

56 Cogit *P*

57 Patrea *P a. corr.*

58 Cuius] crucis *edd.* · *Ordo: ob crucis Mur. Bov.*

59 Vincere *B*

60 Esse] ipse *edd.*

66 Gebae *P*

71 Et] ac *edd.*

190

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

uota uouent et tura ferunt creberrima sanctis,
saepeque nudatis pedibus sacra templa petentes
profundunt lacrimas, durae dant oscula terrae,
75 pro caris orant plenum pietate Tonantem,
uictoresque petunt sanosque uidere maritos.
Volscorum meriti praesul Rogerius alti,
uiribus insignis, factis et origine pollens,
laurigeras Pisas comites spoliare uolentes
80 territat, atque minas cohibet prohibetque rapinam.
Per Latium totum ieiunia sancta precesque
papa iubet fieri, monet hinc et epistola Gallos.
Annuit oranti diuina potentia turbae
et flentum gemitus diuinas commouet aures.
85 Quadragera dies saeculis celebranda quibusque
uirginis a partu populis festiua redibat,
qua pia cum nato uirgo sacra templa petiuit,
infantemque pium Simeon gestauit in ulnis.

72 Vouent] parant *edd.* · celeberrima *R edd.*
74 Perfundunt *Bov.*
75 Pro pietate *Bov.*
77 Meritis *B* · Ordo: praesul meriti *P*
78 Deest *R edd.*
80 Minaris *P* minans *Cal.*
84 Gemitum *edd.* · commonet *P* · auras *B*
85 Saeclis] sedis *B* · celebra *P*
87 Petuit *P*

LAVRENTII VERONENSIS

Nox fuerat celebris festiuae proxima luci,
90 accendunt Latii ciuilia robora flammis
noctu, de castrisque cremant uelociter unum
inuenta nuper Danais prudentibus arte
quae miranda uiros ceu nusquam uisa latebat.
Inde uolant torres passim facilesque fauillae,
95 acta per alterius castris scintilla subintrat
crates, quod flammis crescentibus ocius ardet.
Et candela uelut siccis bene proxima lignis
siccam materiem tenues conuertit in ignes,
et ceu paulatim grandis cito candet aceruus,
100 sic castrum reliquum subito candere uideres,
uirgine cum sanctis natum genitrice rogante,
qui propria solus replet omnia saecula luce.
Nox ea laetitia repletur, luce secuta
praeueniunt populos non paruula gaudia sanctos.

89 Nox] non *Ugh. Mig.*
90 Cuuilia *P a. corr.*
92 Arce *B*
93 Iussa *edd.*
94 Turres *edd. · passum P*
96 Crates] castrum *Mur Bov.*
98 Tenu *Mur. Bov.*
99 Cadet *P · aceruis P*
100 Si *P*
101 Genetrice regente *edd.*
102 Cui *Ugh. Mur. Mig.*
192

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

- 105 Annum dum redeunt Agathae sollemnina sanctae,
de sub castello, quod porta marina peregit,
per triplices aditus Pisanum robur in urbem
pugnacis Baleae robustis uiribus intrat.
At Latii cunei subierunt moenia rari.
- 110 Plurimus intus eques dextra laeuaque potenti
subuenit auxilio trepidanti protinus alae,
perque satis latas agmen Latiale plateas
insequitur. Cecidere duo de gente Latina.
Persistunt aditu reliqui tolerantque ruinas,
- 115 quas iacti lapides transmissaque tela reportant.
Post ubi telorum densi superant iaculatus,
nec locus est gladiis fugiunt uelociter extra.
Impositum foueae succendit barbara pontem
flamma, sed Alpei pauidi successibus instant
- 120 et nituntur aquis extinguere cominus ignem.
Ad primos aditus, hi quos Prouincia bello
misit inire parant rigidae certamina pugnae,
contemnuntque sibi socios praeferre Latinos.

105 Agathae *Bov.*
110 *Deest P*
115 Quos *edd.* · transmissasque *Ugh.*
118 Succedit *Ugh. Mig.*
212 Hi] in *edd.* · bella *edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

Hos breuibus tectos clipeis Balearica turba
125 aspicit, innumerisque caput seu crura sagittis
figit, et e tota propellit turpiter urbe.
Presbyter Henricus plebanus luce sub ista
laetitia didicit praesagia cuncta futurae.
Talis facta uiro uox auribus: "Accipe —dixit—:
130 "Astra uolunt hodie Pisanos urbe repelli,
"cras uespertinis horis intrabit in urbem
"plurima passa manus uincens pro uelle Tonantis."
Hoc et idem Karoli defuncti spiritus inquit
fratri: "Ne timeas, uenient ad proelia sancti,
135 "innumerique aderunt subeuntes moenia tecum,
"telaque non poterunt tibi me comitante nocere."
Vrbem posse capi iam desperauerat agmen,
per tres ergo uices committere proelia mane

126 Fugit *Ugh. Mig.* · propellitur *Ugh. Mig.*. *Versum sic habent Mur. Bov.:*
fudit turpiter et tota propellitur urbe

127 Luce sub ista] nocte propinqua *P*

128 *Sic habet P:*

somnia laetitia uidit praesaga futurae

131 Vespertinus *P*

132-136 *Sic habet P:*

lauriger Alpheus populus pro uelle Tonantis.

Hoc et Toem monuit fratrem defunctus et inquit:

nec timeas ueniam socius per proelia tecum.

133 Karoli *edd.*

136 Nocere] uibrare *edd.*

194

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

patres atque duces communi uoce iuebant,
140 nec clarum prorsus, nec erat sine turbine tempus,
cum peditum cunei pugnam dubitanter adirent.
Moliti decies aditus intrare patentes,
eiecti uicibus totidem murisque repulsi.
Praetereunte die committere proelia septem
145 qui turrem Baleae nuper captam retinebant
coeperunt. Aditu turris fuit insita primo,
dura recompensans Bruno qua fata suorum
innixus scapulas muro processerat, et dum
iam luteum temptabat opus subuertere Maura
150 turba uirum petiit. Propero quoque tela uolatu
missa resistentis clipeum fixere tenacem
istius, et robur dum Maurus cerneret ingens
protinus aggrediens robusta cuspide fixit
septemplex tegmen, sed telo protinus eius
155 durius affixus de muris concidit altis.
Corruit Vgonis gladio percussus et alter.
Maurorum cunei super ardua robora muri

146 Adita *Ugh. Mig.* · turris fuit insita] uisam consistere *P*
147 *Deest P* · fata] sancta *B* facta *edd.* · sacrorum *edd.*
148 Innixos scopulos *edd.* · et dum] unus *P*
150 Virum *deest edd.* · petit *Mur. Bov.* · quoque] quem *P*
151 Resistentes *edd.* · opeum *P*
156 Vgonis] eiusdem *P*

LAVRENTII VERONENSIS

plenius ascendunt septem superare putantes
et de praesenti superatos tollere uita.
160 Desuper adueniens diuinus spiritus illic
accendit socios, quorum uox trina Tonantem
factorem rerum Dominum confessa rogauit.
Hi grauibus clipeis texerunt corpora postquam
obstantes poscunt rigidis mucronibus hostes
165 et faciunt plures collatis uiribus ictus,
et multo plures saeuo sibi dantur ab hoste.
Tum Deus Alpheis largitus prosperitatem
successus pandit laetos optataque uota,
barbaricae gentis mutans cum casibus omen,
170 uoceque terribili Mauros gladioque poposcit
paruula turba feros caelesti tacta uigore.
Bruno Perausei caput ingens ense resoluit,
excepitque feri Beroentis pectore telum,
Petrus in Egubium iaculo fodit, Vgo Tebaldi

158 Accedunt *edd.*
161 Ascendit *P.* · Sonantem *edd.*
162 Factorum *Bov.* · confisa *edd.*
164 Regidis *P*
166 Multi *P*
169 Barbarecae *P*
171 Ferox *Bov.* · facta *edd.*
172 Peransei *edd.*
172-180 *Desunt P*
196

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

- 175 filius Alphaenae caput ense rotundat acuto,
proterit Arhiponem Pathus Ildebrandia proles.
Inde quod Henricus iaculum iacit inguina Lubae
perfodit Vguiccio, germanus scilicet huius
Maruceten gladio pedibus prostrauit ademptis
180 Machion Vguiccio, non ficta propago Verandi.
Et uelut armentum tigres saeuaeque leaenae
poscunt quando fames ipsas acerrima cogit,
pestiferoque boum conscindunt uiscera dente,
sic socii septem plures gradiuntur in hostes
185 fundentes iaculis simul et mucronibus ipsos.
Barbara turba fugit, Latii clamore leuato
per patulos aditus socios intrare precantur.
Praeueniunt omnes alios Sichertia proles
Rainerus socios et Teperteius heros.
190 Vna Guiscardus comites et Grunnius ipsis

174 Eugubium *edd.* · iaculum *Mur. Bov.* · fudit *edd.* · Sebaldi *Mig.*
176 Ildeprandi *B.*
177 Herricus *Ugh. Mig.*
179 Maruceten] Marutia *edd.*
180 Marchion *Mur. Bov.* · Verardi *edd.*
181 Et] ut *B.*
184 *Deest edd.*
185 Tudentes *edd.*
189 Raynerius *edd.* · Tepertius *Bov.*
190 Viscardus *P Guiscardi edd.*

LAVRENTII VERONENSIS

exstiterant propere qui barbara terga secuti
cedentem turmam iaculis feriendo trucidant,
introitum donec fugientibus edit alumnis
robustas pandens uetus Elmodenia ualuas.
195 At de parte maris pugnax Eufraxius urbem
intrat cum nato. Stat Maura caterua platea,
inque uiros properata ruit stridentibus armis,
quos poterant terrere satis uolitantia saxa.
Intrepidus cum patre manet Bernardus et Alcen
200 contra se positum durata cuspide sternit.
Tunc Ildebrandus: "Ferias precor optime fili,
"nec cuiquam parcas gladio si deficit hasta.
"Pro patria pugnare docet ueneranda uetustas,
"et nostri quondam micuere per arma parentes."
205 Dixit, et Agilion iaculo prosternit, at ense
Brusaei feriens caput a ceruice resoluit.
Diffugiunt statim reliqui. Fugientibus instans

191 Prope *edd.* · secuta *P*

192 Turbam *edd.*

193 Fugentibus *P*

195 *Ac B Ugh. Mig. hac Mur. Bov.*

198 Volutantia *edd.*

201 Ildebrandus *P*

203 Decet *edd.*

205 At] et *edd.*

207 Difugunt *P* · fugentibus *P a. corr.* · instant *edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

cum genitore satus pertundit barbara terga.
Vndique currentes equites mixti peditesque
210 audacis animi compressis gressibus inrant.
Per solitas ueluti subeunt examina sedes,
sic uigor Alpheus latam progressus in urbem
dispersas fundit iaculis gladiisque cateruas.
Hic caput abscisus, pectus transfossus et alter,
215 uisceribus fuis alius tellure iacebat,
humanoque nimis terram maduisse cruore
et fluxisse putes commotos sanguine riuos,
sicut cum proprio dimisso flumina cursu
expatiata satis, quando reuocantur in amnem
220 efficiunt riuos plures densasque lacunas.
At rabidos postquam gladius deleuerat hostes
moenia cum tectis retinent urbanaque templa
Christicolae, longus quos iam labor attenuarat,
et seruant ipsam studiis uigilantibus urbem,
225 ac solito belli numquam remouentur ab usu.

210 Audaces *edd.* · animo *Mur. Bov.*

215 Fuis *P a. corr.*

217 Flussisse *B*

218 Proprio] primo *R edd.*

219 Expatiant *edd.* · satis] campis *edd.* · amnem] aranem *P*

221 Rapidos *Bov.* · delauerat *P*

223 Christicolae *P*

LAVRENTII VERONENSIS

- Artibus intendunt, peragunt, uincuntque labores.
Destructis tectis uia fit, castella trahuntur.
Namque Bebelgidit portis sunt addita bina,
Elmodenorum totidem sunt addita muris.
230 Denique turritos Latialis machina muros
sternit, adaequantur propero conamine fossae,
haeque cadaueribus multis lignisque replentur.
Barbara gens grandi nimium concussa timore
castra Pyrenaei comitis tremebunda subintrat
235 ad quodcumque uelit cupiens se iungere foedus,
si bellatores indemnes atque soluti
incolumes etiam cum libertate sinantur.
Talia dum referunt coetum properanter in unum
accitus populus pacis de foedere tractat.
240 Fulgebatque dies qua plenus dogmate sancto
Ecclesiae pastor suscepit iura cathedrae.
Clerus adest, proceresque simul. Contentio crescit
maxima, diuisas pandunt certamina mentes.
-

227 Destructis *B*

228 Bebelgidith *P* Bebelgedit *R B* Bebolgedit *edd.* · abdita *edd.*

229 Emodenorum *Ugh. Mur. Mig.* Aelmodenorum *Bov.* · abdita *edd.*

230 Muro *Mig.*

231 Conamine] munimine *edd.*

233 Timor *Mig.*

238 Properantur *edd.*

240 *Deest P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

- Pars trahit ad pactum, pars diligit altera pugnam.
245 Collaudat clerus partem pugnare uolentem.
Sanctus et antistes cum cardine proelia censet,
hisque fauent acies. Contra Catalanicus heros
Ampuriaequae senex contendunt atque Guilelmus,
et sancti cleri firmas conuertere mentes
250 muneribus largis, precibus, pretioque laborant.
Haec pius ut renuit conuicia sustinet ordo.
Tunc cum Bernardo uerbis Gratianus honestis
uerba refert audis Gothorum congrua dictis.
Profundens lacrimas maestus cum cardine praesul
255 sic genibus fuis numen caeleste precatur:
"Conditor omnipotens caeli terraeque creator,
"cuius perpetuo sunt condita saecula iussu,
"et quodcumque uiget, quodcumque uidetur in illis,
"clamantum petimus lugubres intende precatus,
260 "et confidentes in te pater optime serua,
"Ecclesiaeque tuae pro te certare uolenti
"auxilio succurre pio. Da uincere gentem

243 Diuisa *Ugh. Mig.* diuisae *Mur. Bov.*
247 Cathalanicus *B*
248 Videmus *P* Guiglielmus *B* Guidelmus *R* *edd.*
252 Bernardo *P*
254 Profundas *Mig.*
255 Precantur *Ugh. Mig.*

LAVRENTII VERONENSIS

"sacrilegam multa sanctorum caede madentem,
"et pietate tua rogitantes respice seruos
265 "qui te factorem cunctorum semper adorant.
"Et tu sancta Dei genitrix regina polorum
"una cum sanctis nostros suppleto rogatus".
Aestuat interea castris Pisana iuuentus.
Protinus incipiunt pugnam Brunocardia proles
270 promptus Oliuerius Vada quem misistis ad arma,
Rolandusque ualens Rodulpho patre creatus.
Arma petunt Latii, renuit dux bella Pyrenus.
Accedunt muris, et poscunt Ismaelitas.
Anticipant aditus, et portis cominus instant.
275 Paganae contra miscent fera bella phalanges,
tutantes fractos inuicto robore muros.
Acrius Alphei subeunt, armisque corusci
duros irrumpunt aditus uirtute coacta.
Hos lapides et tela petunt missaeque sagittae
280 et quas interior iaciebat machina moles.

264 Sua *edd.*
267 Supplete *edd.*
270-271 *Desunt P*
272 Tenuit *Ugh. Mig. · Pyrenes Mur. Bov.*
275 Miscen *B*
277 Coruscis *edd.*
280 lacebat *R B*
202

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

Tutantur clipeis tectos thoracibus artus,
et iaculis missis poscunt mucronibus hostes,
immoque loco bellum renouantque feruntque.
Mixta manus post hos, perpessa frequentia tela,
285 ardet in obstantem properanter currere turbam,
unde graues missi ueniunt in scuta molares.
Hinc de plebe uiri conuersi terga uidentur
de fractis muris turpi cecidisse ruina.
At qui bella queunt animi tolerare uigore
290 obstantes arcent infracto robore turmas
quamuis ter fuerant socii de Marte repulsi.
Tum uice qui comitum stat pollens uiribus Vgo
militibus paucis intrat comitantibus urbem,
impetit et Mauros, et cuspide turbat acuta,
295 ut celeres damas pardus per deuia rura.
Nisibus herois cum duriter inguina fossus
tenderet ad Manes immanis uiribus Alchas,
accurrunt acies reliquae, ferroque micanti

282 Possunt *P*
285 Audet *Bov.*
291 Quauis *B* · tres *edd.*
292 Stant *R Ugh. Mur. Mig.*
293 Intrans *B*
294 Turmat *R B*
295 Clamas *B*
296 Inguina *R*

LAVRENTII VERONENSIS

perlustrant urbem. Multum tamen ante cruoris
300 excepit tellus quam uertere terga coacti
deserent qua tunc steterant pugnando plateam.
Vexillum peditum tunc Ansualdica proles
Francardus gestans hostes aliunde petiuit.
Ast Vgonis eum comitantur et Vguiccionis
305 aurificum ualide pagana per agmina uires,
Sibillaque satus multa comitante caterua.
Hique uigrosi certatim bella uolentes
pugnando darsana petunt, paganaque leto
agmina dant. Baleae poscunt uelociter arcem,
310 et quacumque ruunt bellum letale uideres.
Interfecta iacent per cuncta cadauera templa,
Vulnera corporibus stillant, ruique cruoris
undique diffusi latas tenuere plateas.
Pars gladio percussa cadit, pars capta tenetur,
315 at reliquam gentem uetus Elmodenia seruat.

299 Vrbis *R* · cruores *P a. corr.*

300 Coacta *P a. corr.*

304 Eo *P* · et] e *B* · Vguiccionis *B* Vgitionis *P*

305 Artificum *P*

306 Sibillaque *P a. corr.* · fatus *Bov.*

308 Dartana *Ugh. Mig. dertana Mur. Bov.* · Paganaque] Panaque *P* pugnataque
edd.

309 Possunt *P*

313 Latias *R edd.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

Hinc comes accelerans alia de parte Pyrenus
Iudaeos omnes sub deditione recepat.
Circuiens properat captam gens sancta per urbem
ferrea captorum dissoluens uincula fratrum,
320 cui fuerant ostrum, bissus seu purpura, uestes,
aurum cum gemmis, Hispanaque pallia praedae.
Pars restabat adhuc, fuerat pars acta laborum.
Vallatur populis urbs Elmodenia, cuius
obsidet assidue celsos gens prouida muros.
325 Vt castella trahant Pisani moenia sternunt,
urbeque de capta planant obstantia quaeque.
Qui praesunt muris nutantes foedera poscunt
et fore non poterat uariis concordia dictis.
Angulus hanc habuit quam frangunt agmina turrim,
330 et subeunt aditus pugnantum robore factos.
Vi capitur turris, labor est immensus in illa.
Crescit, et artificum cito fit molimine maior.
Signa superponunt, et clamant moenia capta.

317 Sub deditione] hic sub ditione *edd.* sub deditiones *P*
319 Fratrum *edd.*] fra *P* ferrum *R* flumen *B*
320 Fuerat *R*
324 Celsos] cultus *edd.*
327 Mutantes *edd.*
328 Poterant *P* · uictis *edd.*
331 Ast *Mur. Bov.*
332 Crescit] creuit *edd.* · cito] isto *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

- Vndique concurrunt, passim properatur ad arma.
335 Tutantur Mauri iaculis gladiisque fenestras
a Latiis factas, quorum promptissimus, acri
dum perstat pugna, caput emittitque fenestra,
tensus ab Alpheo perfertur crinibus extra,
absciditurque caput nil proficiente Rasulla.
340 Iam patet introitus, pubes Alpheia subintrat,
laesa fugit moribunda phalanx, repetitque coacta
urbem quae regis sat paruula circuit arcem.
Occubuere tamen plures ferro, quibus extra
late perfusus cruor exstitit experimento.
345 Circumstans Pisana manus muralia frangit
robora cum tectis, binasque ad moenia turre
festinando trahit. Formidine barbara turba
concutitur. Poscunt uitae tutamina pauci.
Alphei nec concedunt nec pacta refutant.
350 Pars scalis innixa subit, pars funibus acta
excelsas scandit nec inertis robore turre.
-

334 Properatua *P*

335 Fenestra *Mig.*

336 Promptissimas *P*

337 Perstant *Bov.*

338 Tensus *Ugh. Mig.* Tensum *Mur. Bov.* · profertur *Bov.*

339 Absciditurque caput] abscisusque iacet *P* · Rasullas *Ugh. Mig.*

341 Laeta *edd.* · fuit *Ugh. Mig.* · repetatque *P*

350 Finibus *Ugh. Mig.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

Barbara gens faciendo fugam conscendit in arcem.
Arx inuicta stetit bellis superanda cruentis,
septem protensas porrexit in aera turre
355 sat plus sublimes quam celsa theatra Quiritum.
Pontica uis late praeuptis subdita saxis
in tuto positae latus unda proluit arcis.
Partibus a reliquis fossa circumdatur ampla.
Lata decem fuit haec, undenis passibus alta.
360 Hanc tutabantur fortes per proelia mille,
et darsana super positas duo robora turre
audaces pariter nitebantur retinere,
monstrabantque suos ualidos in bella furores.
Dum dant assaltus crebros, dum uulnera miscent,
365 dum perimunt plures, multos fundendo cruores
turribus insistens geminis Alpea iuuentus
moenia tutantes duros deterret Hiberos.

352 Conscerent *P*
353 Ars *P*
354 Porrexit] potraxit *Ugh. Mig.* protraxit *Mur. Bov.*
355 Sublimi *Ugh. Mig.*
357 Nuda *Bov.*
358 Ampla] alta *edd.*
359 Deest *edd.*
361 Dartana *edd.*
364 Asultus *P* assultus *B*
365 Fundenda *Bov.*
367 Decurret *B*

LAVRENTII VERONENSIS

Tormenti iactu muri sternuntur et hostes,
quos aries pulsat quatit et densissima moles.
370 Maura manus murum, per quem testudo trahenda
obstantem turrem iuuenilibus acta petebat
uiribus, in celerem mox compulit ire ruinam.
Angulus impulsus turris ruit. Improba turba
protinus inde fugit. Scala Raimundus in ipsam
375 scandit, terque decem Mauros pugnando fugauit.
Hinc audax quemdam prosternit cuspide uasta,
insistens gladio multos perimit feriendo.
His reliquos sequitur laetis successibus hostes.
Diffugiunt alia dimissa barbara turri
380 agmina praecipiti saltu, sed quinque superstant.
Hi trabe percutiunt pugnantem, fortius ille
perstat. Tunc ualidi saxi confringitur ictu,
oraque cum mediis moles proiecta resoluit
faucibus. Hinc lapsus de muro concidit alto.
385 Belligerator obit. Caeli de carne solutam
accipiunt animam, socii deflentur amores,

369 Quas arces *edd.*
370 Muros *P*
371 Patebat *B*
373 Angulis *P*
374 Fuit *B a. corr.* · Ramundus *B*
382 Praestat *Ugh. Mig.* · sexi *Bov.*

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

notus et ignotus lacrimas dant atque querelas
et gemitus pariter mittunt communiter altos.
Accedunt acies, turri supponitur ignis
390 perque gradus Vgo scalae focacia scandit.
Quinque superstantes aduersis uiribus hostes
conantem iuuenem multo stridore coartant.
Denique conanti poterat succurrere nemo,
millenos ictus clipeo galeaque ferenti.
395 Longa laboris erant nimium toleranda pericla.
A prima solis subit hic certamina luce
quae nonam sane durare uidentur in horam.
Accensis animis tandem quidam sociorum
ingreditur turrim prudenter, summaque scandit,
400 et dum quinque petunt nudis mucronibus ipsum
Vgo subit turrim binique subinde sequuntur.
Primus et hinc gladio mox priuat uertice Maurum,
atque rota posita clipeum uelociter huius
accipit, et reliquos gladio uiolentus eodem
405 appetit, ac binos stricto mucrone recidit.

386 Amore *Mig.*

390 Focacia] fugatia *P* fastigia *edd.* · scandat *P*

397 lubentur *edd.*

402 Hic *P*

404-405 *Sic habent edd.:*

accipit ac binos stricto mucrone recidit

LAVRENTII VERONENSIS

Ast alios binos bini strauere sodales.
Arx sine profuso numquam superanda cruore
restabat. Sedet hanc Pisana potentia circum
obseruatque simul, uenatrix utpote turba
410 horrendos ursos seruat cohibetque cauerna.
Rex nouus interea, factis perterritus istis,
postquam cuncta uidet Pisano robore uinci,
uiuus ut euadat timidas se flectit ad artes,
expertosque satis promissis implet amicos,
415 et rate uectus abit septem comitantibus illum
qui Baleare solum dudum rexere priores.
Hunc Dodo qui uigili seruauerat aequora cura
sulcantem pelagus capiens ad castra reduxit.
Christicolas nuper solitus macerare catenis,
420 compedibus tentus rex ferrea uincla subiuit.
Hinc Baleae populus regem sibi fecit Alanta

406 Sollales *P a. corr.*
407 Ars *P · perfuso B*
408 Sedet hanc] sed eam *edd.*
409 Obseruabatque *R B obseruantque Ugh. Mig.*
410 Horrendas *Mig.*
412 Cuncta] cometa *edd. · uidit edd.*
413 Arces *R B Ugh. Mig.*
417 Tunc *B*
418 Cupiens *Ugh. Mur. Mig.*
419 Solitus] duris *edd.*
421 Hunc *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

Hispanum, cuius nec erat durabile regnum,
qui de Dalmatii leto perterritus exstans,
cui caput arripuit, nulli se credidit umquam.
425 Haec timidus memorans, binos sibi reperit utres,
et uacuas inflans multo sufflamine pelles
intro commissis cohibet spiramina filis.
Sic Hispanus Alas pro nauis pellibus usus
per freta longa natat. Credas delphina natantem.
430 Aequare diffugium facit hic, sociosque relinquit.
Perfringunt muros urbis Pisana domosque
agmina, per factos aditus castella trahuntur.
Artibus, ingeniis, augmenta per aera crescunt
artificum studio, cuiusque laborat et hospes
435 alterutri parti nimiae dare damna ruinae.
Saxa, lapis, caespes, latae fundamina fossae
intus iacta replent, muris castella propinqua
consistunt, durus paries berbece foratur.
Turres alterno conduntur in arce labore,

423 Perterritus *B*
424 Qui *Ugh. Mig.*
429 Notat *Ugh. Mig.* · notantem *Ugh. Mig.*
430 Reliquit *P edd.*
434 Cuiusque *B edd.*
435 Clare *B*
437 Ictus *B*
438 Duros *B a. corr.*

LAVRENTII VERONENSIS

- 440 fulcra superponunt, pretiosaque pallia, telas,
quae sua non faceret multo mercator in auro.
At sub castello positi de moenibus ignes
sulphureas mittunt per aperta foramina flammas
quas haustae puteis poscunt et fontibus undae.
- 445 Extinctas Latii flammas torresque putabant,
clam uigiles sed erant. Tunc alta palatia moles
et tormenta petunt. Certant cum turribus unci,
funibus et tractae ducuntur ad infima turre.
Postque dies aliquot furtivae robora flammae
- 450 creuerunt subtus, fumus quoque qualis ab Aetna
progreditur, taetro quando Vulcanus in antro
concitatur igniferas plenas caligine nubes.
Tunc propere poscuntur aquae, super additur unda,
sed proiecta nequit tectas extinguere flammas.
- 455 Castellum mox retro trahunt dum desinat ignis.
A proprio postquam cessavit flamma calore,
ingeniosa cohors castella reducit ad arcem.
Percutiens aries impulsu praepete turrim
robora celsa quatit, labuntur ad infima cautes.
-

441 Tua *Ugh.*
443 Apta *R*
451 Retro *B*
452 Ignifera *Mur. Bov.*
456 Propio *B*

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

- 460 Interea Sochi, cum binis cessit ab arce
militibus, pueris comitantibus atque puellis,
et dedit Alpheis pretium sine nomine multum.
At reliqui flammis sese donare minantur
quicquid habent pretii, nisi libertate potiti
- 465 ad quaecumque uelint loca permittantur abire.
Alpei contra referunt: "Vos perdat et aurum
"cunctipotens uestrum, qui tam peruersa putatis.
"Carius est etenim uos tali morte resolui
"nobis quam Baleae pretiosa uel optima quaeque."
- 470 Geryonea manus non talia percipit aure.
Tormentis Alpea cohors circumpetit arcem,
constituitque duos mirando robore pontes.
Moenibus impositum Pisanum robur in unum
protinus ascendit, lente dum ponitur alter.
- 475 Dum pugnant Mauri tantisque laboribus adsunt,
Alpei properant. Procedit Grunnius ante,
oppositumque sibi uiolentum proterit hostem,

459 Quatit] quarto *B*

460 Intere *B* · Sachi *edd.*

465 Permittuntur *edd.*

468 Etenim] etiam *edd.* · nos *Ugh. Mig.*

470 Geryonea manus] haec Gerioneus populus *P* · talia *deest P*

471 Cohors] manus *P*

472 Duas *Bov.*

LAVRENTII VERONENSIS

iuxta quem reliqui mox progrediuntur in arcem.
Maurorum quidam statim descendere scalas
480 incipiunt. Multi sese praeferre periculis
mortis non dubitant ne confodiantur inulti.
Sed uelut accipitres celeri properare rotatu
pennarum leuitate solent, ubi plurimus anser
aere suspensus fluuialia deserit arua,
485 et prosecta uelut promptos laniata per unguis
cum plumis distracta iacent, sic cernere posses
Pisanos properare et barbara membra iacere.
Inde Pyrenaeae regionis rector in arcem
ascendens laetus superatos increpat hostes.
490 Plures ense cadunt, multi cecidere fenestris.
Hic certat iugulare mares, trahit ille puellas,
et facta praeda muri sternuntur et aedes.
Hinc ignis caesos et lignea tecta perurit.
Depopulans agros terrae loca circuit hospes.
495 Inde uiri ueniunt, cum natis denique matres,

477 Violentem *P Mig.*

482 Rotatu] uolatu *edd.*

485 Prosecta *edd.*

487 Et Barbara membra *edd.*] uiros Maurosque *P uiros et Barbara membra R B*

489 Increpant *Ugh.*

493 Caesos] casas *Mur. Bov.* · lignea *P*

495 Cum natis denique matres] et cum pueris mulieres *P*

DE BELLO MAIORICANO LIBER OCTAVVS

inde boues, pecudumque greges, et multa supellex.
Pascha celebratur. Burabe de nexibus exit,
cuius dat nato Pisana potentia regnum.
Denique uictores felici classe parata
500 ad sua quique meant. Hos et de litore spectant
et miranda canunt Christi magnalia gentes.
Pisanam tandem Burabe transductus in urbem
praebuit Italiae sese spectabile monstrum.

497 Burabe] Batales *edd.*

502 Pisana *B*

Laurentii Veronensis liber de bello Maioricano explicit *R B edd.*

Tunc fuit a Christo tecto uelamine carnis

centenus quintus decimus millesimus (milleximus *B*) annus.